

LIBER SERVITORIS, IDEST A
liber 27. Bulchafim benaberazerin, translatus à
Simone Ianuensi interprete Abraham
Indeo Tortuosienfi.

Dixit Aggregator huius operis. Postquam ego collegi librū hūc magnū in medicinis cōpositis, qui est liber magni iuuamenti, quē nominauit librum Seruitorem; & cōpleuit libros suos omnes, secundum voluntatem meam inueni in multis medicinis cōpositis libri huius, medicinas multas simplices, quae indigent praepratione ante horā necessitatis magnae earum. Quemadmodum succos exprimere, & medicinas comburere, abluere, & conficere aliquas ex eis, & discernere ex eis, quae bona sunt, & quae non bona, & alia secundum hanc formam. Præuidi igitur aggregare omne, quod est necessarium in hoc secundū rememorationem meā, & ordinaui hunc librum in tres tractatus.

Primus eorum est de praepratione lapidum, & mineralium solum, & de ablutione eorum, & de adustione, & confectione eorum, sicut est marchesita, & atramentum, & chalcantum, & colcothar, & species aluminii, & species salis, & plumbum, & ferrum, & ars, & cobol, & scoria argenti, & scoria auri, & est de ablutione thutiae, & calcis, & est de sublimatione argenti vini, & arsenici, & de medicinis petratis, idest psilottis, & de operatione medicinarum acutarum, & de operatione zenzi-fur, & de praepratione istorum omnium, & de declaratione scientiae iuuamentorum istorum omnium.

Tractatus secundus est de praepratione radicū plantarum, & de operatione expressionis succorū earum, & qualiter extrahuntur mucilagines, & cortices feminum, & medullae feminum, & de ablutione olei, & de praepratione fecis eius, & de ablutione aceti, & decolatione facis eius, & de operatione acetil scillitici, & de destillatione aquae ipsius scillae, & de affatione ipsius, & de destillatione aquae camphorae, & de operatione amyli ex frumento, & de hordeo, & filigine, & de ablutione coralli, & charabe, & de operatione medicinarum acutarum, & laxatiuarum, sicut est scammonia, & coloquintida, turbit, & mezereon, & anacardi, & scebram id est esula, & species eius. Et ad sciendum tempus, quo debent colligi herbae necessariae reservationi, & qualiter debent seruari, quae colliguntur ex radicibus, & floribus, & oleis eorum, & similibus.

Tertius est de praepratione medicinarū sumptuarum ex animalibus, sicut de adustione cōchilium, & ostracorum, & cornuum, & solearii, & vnguuium, & ossium, & de adustione corticum ouorum, & de adustione setarū, & de adustione sartam id est scorpionum, & cancrorum, & thriorum, & leporum, & vesperilionum, & hirundinum, & de modo colligendi sanguinem ex animalibus uiuentibus, & de candidatione cerarū, & confectione vrinarū infantium, & qualiter fit glueu ex corijs, & qualiter colliguntur sella, & exiccantur ad necessitatem alcohol, & de bona cognitione istorum omnium, quae sunt bona, & quae non bona ex eis.

TRACTATUS PRIMVS CAPITVLV
primi de ablutione lithargyrii, & adustione eius,
& electione boni ex eo.

Et de primo tractatu est modus ablutionis lithargyrii, & de adustione ipsius, & electione boni, & non boni ex eo. Species igitur lithargyrii multae sunt, quia quaedam species eius est quae fit ex plumbo, & quaedam fit ex argento, & quaedam ex auro, & quaedam ex eis est nigri coloris, & quaedam aurei, quae quidem melior est ceteris. Nam vnguenta, quae fiunt ex lithargyrio declinant ad albedinem, & sunt nobilissimae

bonitatis, sed si lithargyrium fuerit nigrum, aut habens in se aliquid plumbi, erit vnguentum, quod fiet ex eo nigrum, & turpe. Si ergo volueris ipsum abluere, & dealbare, necesse est, quod eligas id, quod habet colorem auri, & quod sit graue, & mundum a plumbo, & frāgas idem in frusta quantitatē fabarū, & accipias quantitatem ex eo, quā volueris, & pone in olla rudi, & projicias super idem aquam, & ponas super id de frumento bono, & purgato quantitatem quandam, & accipias de hordeo pugillum vnum, & liga eum in panno lineo nouo subtili, & suspendas eum ligatum in orificio ollae intra ipsam, & facias feruere, donec crepet hordeum, deinde auferas ollam ab igne; & ponas id, quod est in olla in parua parapside munda, & projicias frumentum, & funde super lithargyrium aliam aquam, & abluere ipsum fricando manibus fortiter postea dimitte siccari; deinde accipe, & tere ipsum, & projice super ipsum aquam calidam, & agita ipsum, & dimitte, quod residueat, & abijce aquā, & iterum deficca, ut prius, & facias hoc deficcando, terendo, & abluendo tam diu, quod subtilietur, & dissoluatur in aqua; deinde expecta, quod residueat, & clarificetur aqua, & abijce ipsam, & tere quotidie saepe in die, & in vespere pone super eam aquam aliam, & dimitte per horā vnā, & cola, & facias hoc totum ter in die, quinque diebus continuis; post hoc projice super duas lib. ex eo drac. 2. salis gemmae, & infunde super ipsum aquam aliam, & quando fit album pone super ipsum aquam calidam, & facias secundum, quod fecisti prius tam diu, quod nihil remaneat in eo salsedinis, & postea dimitte deficcari in Sole, mouendo ipsum saepe, donec exiccet tota humiditas; deinde repone, & serua.

Alius modus.

Accipe de lithargyrio lib. 2. & tere bene; deinde accipe de sale gemma nigra lib. 6. & misce cum lithargyrio, & pone in olla rudi; & projice super ipsum tantum aquae quod cooperiatur, & agita tota die mane, & fero; & si aqua videbitur minui, adde paulatim; & fac id triginta diebus, agitando, ut dictum est, ne coaguletur, & petrificetur, & post 30. dies abijce agitando paulatim, deinde pone ipsum in mortario, & tere, & postmodum projice ipsum in parapside terrea munda, & projice super ipsum aquam, & agita cum manu motione forti, & dimitte donec residueat, & abijce illam aquam, & superfunde aliam aquam, & facias hoc, quousque salsedo tota recedat. Postea dimitte ferē exiccari, & informa trochiscos; & sine eos siccari, & serua in vase plumbeo.

Modus alius.

Frangere lithargyrium in frusta quantitatē fabarū, & pone ipsum intra stomachum apri, & fac tandiu feruere in aqua, donec stomachus coquatur; deinde extrahe ipsum a stomacho, & pone cum eo de sale quantitatem, quae sufficiat, & tere, & lava, sicut dictum est superius.

Alius modus.

Et sunt qui accipiunt lithargyrii quantitatem lib. i. & miscent cum eo tantundem salis, & ponunt super ipsum aquam, & terunt in sole, & mutant aquam vna vice post aliam, quousque albescat. Et aliter, accipe quantitatem lithargyrii, & inuolue in coto albo, & pone in olla fictili, & pone desuper ipsum aquam, & accipe fabas recentes, vel nouas pugillum vnum, & pone desuper, & permittetandiu bullire quousque fabae crepuerint, & totum nigricatum sit; & tunc projice ab olla, & inuolue in coto alio; & superpone aliam aquam claram, ponendo alias fabas, ut prius, & coque iterum, ut fecisti; & facias hoc ter, vel amplius quousque corū nō tingatur, & post pone ipsum in vase aliquo, & pone super omnes octuaginta drachmas ex eo salis nitri quantitatem lib. i. tere simul, & iterum superpone de sale nitro albo fortis albedinis drachmas quadraginta, postquam sal nitrum prius dissolueris in aqua, & tere bene, donec albescat magna albedine; deinde pone in vase terreo latius habente orificium, & superpone aquam multam, & agita, & dimitte, donec residueat, et aqua clarescat, & abijce ipsum, & iterum pone aliam aquam, & fac sic, donec aqua dulcescat, & nihil remaneat

neat falfedinis. In fine vero cola aquam, & pone in olla terrea noua vitreata in Sole quadraginta diebus in æstate, & post quadraginta dies, quando erit deficcata, vtere eo.

Alius modus.

Accipe lithargyrii boni aurei partem, & tere bene, & pone super eum de sale communi partes duas, & pone super eum quantitatem aquæ, qua cooperiatur, & superet circiter quatuor digitos: & dimitte in vase septem diebus, & misce omni die bis, & post septem dies projice aquam, & pone aliam aquam, & muta aquam illam quotidie vsq; ad finem quadraginta dierum. Tunc enim aqua dulcificabitur, & lithargyrium dealbabitur, sicut cerussa, & fac trochiscos, & serua, & tere.

Combustio lithargyrii.

Accipe lithargyrium, & frange frustatim ad quantitatem nucis, & pone super prunas sustinendo cum folle fabrorum, donec fiat sicut ignis, deinde extrahe ab igne, & sine infrigidari, & absterge ipsum a putredine. Alij vero qñ extrahunt ipsum ab igne, extinguunt eum in aceto, vel in vino, & iterum ponunt in igne, & sic faciunt tertio, & etiam pluries extinguendo, & postea abstergunt.

Modus operationis cerussæ, & ablutionis, & electionis ipsius, & quæ est bona, & quæ non.

Modus faciendi cerussam sicut fit in Hispania, est, vt accipias vas magnum terræ habens orificiū latius fundo eius, & ponas eū in domo obscura plena fimo pecorum, & sit remota a vento, & sit domus stricta, & sepeli duas partes vasis in illo fimo, & pone in fundo vasis parū acciti boni vetusti cum fæce sua, & super acetū pone iterum de vua bona, & bene matura, quod attingat vsq; ad medium vasis, vel minus parumper. Et caue ab vua nigra, ne cerussa destruat, & postea accipe pannum crassum de lana, vel de pilo, cuius forma rotunda formetur ad mensuram orificij vasis, & fac in ipso panno triginta, vel quadraginta foramina, vel plus, vel minus secundum quantitatem orificij vasis, & suspende in vnoquoq; foramine panni filum vnum crassum, & forte, & in capitibus filorum liga laminas plumbi vnicuiq; filo laminā vnā, & longitudo vniuscuiusq; laminæ sit duarum partium palmi vnus, & latitudo vniuscuiusq; sit tertia pars palmi. Et spissitudo earum sit sicut crassitudo digiti, vel circa illud: & suspende laminas in vase longe ab vniis circa mensuram trium digitorum, deinde cooperias vas aliquo coopertorio, quod cooperiat os vasis cum toto illo coopertorio perforato, & stringe coopertorium bene, ne aer, vel ventus ingrediantur, & claude ostium domus, ne ventus ingrediatur in domum, & dimitte sic decem diebus, vel circa hos secundum qualitatem temporis, & postea aufer coopertorium primum, & f'm perforatum, & aufer laminas paulatim. Nam tu inuenies in laminis cerussam, quæ declinat ad nigredinem parum, & tunc rade laminam paulatim, vnāquamq; per se, & postea reponere eas in vase secundum modum prædictum, & dimitte sicut fecisti prius, postea iterum auferas, & rade, & aduna cerussam simul, & facias ita, donec fere consumpta fuerint laminæ: deinde pone ibi alias laminas plumbi nouas: & fac ita sæpe, si vis multam cerussam facere, & caue à fumo vasis, quia multum lædit cerebrum. Postmodum autem in tempore veris accipe, quod collegisti, & coadunasti, & ponetotum in magna pelui, & pone super eam aquam, & laua, & projice aquam quando cerussa descendit ad fundum peluis, & pone aliam aquam, & fac ita donec nigredo recedat, & fiat alba, & purgata a suis perfruitatibus. Deinde facias ex ea magdaleones, & pone super lapidem marmoris ad solem, & sine ficcari, & custodias ipsam a fumo, & à vento, & à puluere, & reponere, & serua.

Modus abluendi cerussam, & assandi, & lauandi eam.

Tere cerussam, & pone in vase fictili concauo super prunas, & fac igne defubtus, donec sit combusta; deinde remoue ab igne, & reponere, & si vis ipsam assare, necesse est, qd ponas eā in patella terrea super ignem, & agita ipsam, donec conuertatur in colorem cineris; postea aufer

E ab igne, & dimitte infrigidari, & reponere. Et si vis eam abluere tere ipsam in aqua sæpe, & projice aquam sæpe, & abluere, sicut lauatur scoria auri, & argenti, quorum modus dicitur infra. Et illa est bona cerussa, quæ est multum candida, & partes eius sunt de se claræ, & quando tangis eam digito, inuenies partes eius lenes sine asperitate, & quando tu frangis aliquantulum ex ea vngue tuo, quod frangitur est sicut squamma.

Modus lauandi plumbum.

Oportet, qd habeas mortarium, & pistillum de plumbo, & projicias in mortario parum aquæ, & agita cum pistillo diu, donec aqua incipiat denigrari, & incrassari, deinde cola ipsam per pannum lineū, & fac hoc ter, vel amplius, & dimitte, quod colatum est, quousq; descendat plumbum ad fundum vasis, in quo ipsum colasti, & postea projice aquam eius, & pone aliam aquam, & laua ipsum sicut lauatur scoria auri, & argenti, & sæpe quousq; non remaneat in aqua vlla nigredo. Et fac trochiscos, & reponere.

Alius modus lauandi.

Sunt qui accipiunt plumbum purum, & limant illud cum lima, & terunt illud cum aqua modica in vase, quod dicitur eorum lingua salaxa, & pistillum est de petra, & projiciunt de super ipsam aquam, & lauant ipsam in vase, sicut dixit supra, & eū manu adunant, & qd egreditur de nigredine projiciunt, & scias, qd non debet lauari vna vice multum, ne couertatur in cerussam, sed expectare parum, & reiterare aliam aquam, & finire quousq; plumbum descendat in fundum vasis, & projicere illam, et iterum mittere aliam. Finaliter vero debet abijci tota aqua, & fieri ex eo trochisci. Et causa quare non debet multum exquirere abluere, est ne conuertatur in cerussam.

Modus quo lauatur scoria plumbi.

Accipe de scoria plumbi, & tere ipsam bene, & pone aquam, abluere, & projice aquam semper, & iterum pone aliam, & fac ita tandiu, qd bene abluta sit in fine vero expecta, qd descendat scoria ad fundum vasis, & abijce aquam, & fac trochiscos, & reponere.

Modus adustionis plumbi.

Sume laminas plumbeas, & pone in olla fictili, & projice super eas parum sulphuris, radendo ipsum sulphur super eas, deinde accipe alias laminas plumbi, & pone super primas, & iterum rade super eas de sulphure, & iterum alias laminas superpone, & sulphur rade; & fac ita quousq; olla sit plena, deinde accende super eas ignem, & quando videris plumbum inflammari, oportet, quod commisceas cum virga ferrea, donec plumbum conuertatur in cinerem, ita quod nihil remaneat de substantia plumbi, quin sit totum in cinerem conuersum, & quando erit ita, aufer ab igne, & dimitte infrigidari, & oportet, quod ille qui hoc facit, cooperiat faciem suam, nam odor multum nocet.

Modus alius comburendi.

Accipe limaturam plumbi, & admisce cum ea de sulphure, & pone in ollam super ignem, & agita cum virga modo prædicto.

Item alius modus.

Alij accipiunt cerussam de plumbo loco sulphuris, & imponitur modo quo vsi sunt hispani de combustionibus eius, est, quod accipiunt plumbum, & ponunt in furno aurificis, & sustinant cum folle donec confietur, & post radunt super eum sulphur, donec combustum sit, & colligunt, & reponunt, vel etiam sustinant super ipsum sine aliquo sulphure, quousque comburatur. Verumtamen magnus labor est, & non potest comburi nisi in magno tempore, & cum difficultate. Accipe ergo ipsum adustum, & laua ipsum cum aqua dulci, sicut abluir id, quod supra dictum est in capitulo de lammis, & reponere, & scias, quod quando erit bene adustum conuertetur in colorem lithargyrii.

Modus faciendi æs adustum.

Inquit Dioscorides, sunt qui faciunt æs vsum ex clauis, qui reperitur in nauis in hunc modum. Accipiunt sulphuris partem, & salis tantundem, & terunt vtrumque simul,

Docum.

H

simul, & ponunt clauos in olla fictili cruda cum sulphure, & sale, & gradatim, ita, quod vnum solarum faciunt de clauis, & aliud ex puluere salis, & sulphure, & iterum aliud ex clauis, & aliud expulvere. Et sic faciunt quousque olla sit plena, & postea cooperiunt vas cum cooperitorio terreo, & ponunt in fornace figuli, & dimittunt, quousque vas bene coquatur, & auferunt, & reponunt. Et dixit, quod alij radunt super ipsum alumen lamen loeo sulphuris. Et alij nullum istorum ponunt, nisi, quod comburunt satis, & alij comburunt cum sulphure solo, sed id sit nigrum. Alij vero liniunt clauos cum sulphure, & alumine dissolutis in aceto, & adurunt in vase crudo. Et alij accipiunt clauos, & ponunt in vase aereo, & proiciunt desuper acetum, & comburunt, & postquam adustum est semel, proiciunt desuper acetum, & sic faciunt ter, & reponunt. Alij vero sic comburunt as, accipiunt enim limaturam aeris rubei, & ponunt super eam octauam partem sui de sulphure, & ligant in pecia, & liniunt, vel lutant cum argilla, & sinunt ficcare, & postea sepeliunt in igne facto ex stercorebus animalium duobus diebus; quia erit adustum. Et istud est mirabile as adustum, quod me docuit quidam vir bonus, & fidelis. Et melius as vltum omnibus est id, quod apportatur de Babylonia, & postea id, quod venit de Cipro, quod declinat ad nigredinem, & ruborem.

Ablutio eius.

Sed qui volunt eum abluere, terant eum in aqua dulci secundum modum illum, quo lauatur cerussa, mutando aquam ter in die, donec nihil remanet putredinis.

Modus lauandi scoriā aeris.

Scoria aeris lauatur eodem modo, & virtus eius est, sicut virtus illius. Veruntamen scoria minoris virtutis est.

Modus lauandi batturam aeris, & est illa, quæ cadit ab incude, quando malleatur as.

Dixit Diosc. sume batturam aeris, & purga ex ea lib. 2. & pone in vase, quod dicitur salaya, & est mortarium, & pone super eam aquam claram dulcē, & misce bene, donec squammæ descendant in fundum vasis, & ascendat putredo natans in aqua, & proijce aquam, & aufer, quod est clarificatum, & pone lib. 1. & aqua pluuialis, & iterum misce in salaya cum manu, & quando videris eam leuem, proijce aquam paulatim quousque remaneat. vnc. xx. & laua iterum lauatione forti, & postea comprime squammas illas appodiando parietibus vasis, & exprimitur ab eis aqua. Et tunc accipe aquam illam, & pone ipsam in vase aeris rubei, quia ista aqua est corpus squamarum, & subtilitas earum, & earum virtus, qua debemus uti in medicinis oculorum. Illud verò, quod remanet, habet modicam virtutem, & oportet, quod lauetur alia vice, & quod misceatur bene, quousque nihil remaneat illius lenis. Et postea cooperi residuum cum panno, & dimitte duobus diebus ita, quod non commoueat, & post duos dies clarificabis, & repone in vase stricti orificij. Et alij lauant folia, alij florē aeris sicut scoriā, & reponunt.

Modus comburendi scoriā, & abluendi ipsam, & eligendi bonam ex ea.

Notandum est, quod scoria quorumcumque metallorum nominatur arabice climia. Et modus combustionis eius est, quod ponas super ignem de prunis donec calefiat, & & facias ebullitiones similes vesicis, sicut facit scoria ferri, & tunc extinguas eam in aestate in vino; & qui eget vltu eius in scabie oculorum, oportet, ut extinguat eam in aceto. Alij vero accipiunt scoriā combustam in hunc modum, quem ego narro. Terunt ipsam in vino, & ponunt eam in ollam factam ex argilla, & comburunt alia vice, quousque frangatur in modum foliorum. Et postea terunt iterum, & comburunt alia vice, & tertio, donec vertatur in cinerem, & nihil remaneat crassitie; & istud est, quo vtuntur quidam loco thuriae.

Doctrina qualiter aduritur scoria argenti, & auri, ex lib. almeiamir, quibus vtuntur in collyrijs.

Accipe de scoria cabrusiae quantum vis, & tere ipsam crasso modo. Et cōfice cum melle ipsam, & pone ipsam

A in vase fictili nouo; & oppila orificium eius, & lini cum argilla, & facias foramen in summitate cooperitorij, per quod fumus exhalet. Et pone vas in medio ignis ex carbonibus. Quando ergo incipit scoria comburi, aspice fumum, qui egreditur ex foramine, si declinat ad nigredinem dimittas adhuc super ignem, sed quando videris ipsum declinare ad albedinem, aufer ab igne, & extrahe scoriā à vase, & proijce super ipsam de bono vino quantitatem, qua extinguitur, & dimitte refrigerari; & tere, & vtete.

Ablutio eius.

Sed eius ablutio est, ut teratur in aqua, & proiciatur illa aqua, & iterum ponatur super ipsam alia aqua. Et fiet hoc saepe tandiu, quod non appareat super aquam aliquid putredinis; deinde collige, sicca, & reserua. Et melior specierum eius est cabrusiae, deinde, quæ habet colorem celestem, & intus album, & habet venas similes lapidi. Alia vero suæ species sunt non bonæ, quia non valent, nisi in vnguentis.

Modus præparandi cadmiam, & abluendi, & conchiendi eam, & de scientia electionis eius.

Cadmia est thuria, quæ vocatur arabice sapharie, quæ conuertit ramum rubeum in glaucum; & ipsa quidem est thuria in potentia. Et quando fit ex ea auricalchum, ascendit fumus eius, & adheret parietibus fornacis, & colligitur, & conuertitur tunc in thuriam in effectu. Et hæc est illa, quæ est bona ad præparandum, & abluendum. Et thuria quidam est lapis, qui egreditur ex minera proprie in Albiram ciuitatem Hispaniæ. Et illa, quæ ex ea grauis est mediocriter, & declinat ad rubedinem paulatim, vel ad glaucedinem, est melior specierum eius. Et quæ est munda à lapidibus suæ mineræ, & est species climiæ secundum opinionem Diosc. Et omnis scoria de corpore malleabili, sicut est aurum, & argentum, & vel plumbum, seu ferrum. Et alia multa species, & alij lapides multi, sicut marchasita, sunt omnes secundum opinionem Diosc. climiæ. Veruntamen id, quod verificatum est apud nos experientia, & opere huiusmodi longotempore in abluionem istius thuriæ & præparatione eius in medicinis oculorum, est, ut accipias de isto lapide, sicut egreditur de minera terræ, ex eo, qui est declinans rubedini, & glaucedini, sicut dixi, qui est mundus à lapidibus suæ mineræ, & frange frustatim, & pone in fornace aurificis cum multis carbonibus, & suffla cum folle; & pone desuper alios carbones, & suffla quousque calefiant lapides, & ascendat fumus eius ab igne: tunc ergo accipe illos candentes cum forcipe, & extingue in aqua, vel uiali, vel dulci. Et qui vult ut ea in scabie oculorum, & vult, quod eius frigiditas, & stypticitas sit amplior, oportet, quod extinguat eam in aceto, vel in aqua granatorum, vel in decoctione sumach. Et ille, qui vult, ut sit magis pe netrans, & subtilior, oportet, quod extinguat eam in vino, vel sapa. Et iste est modus coctionis eius.

Modus abluionis eius.

Modus vero abluionis est, quod accipias cadmiam, & teras crasso modo, ne terantur partes, quæ sunt in ea ex lapideis venis. Deinde liga eam in panno crasso ex lino, & pone coram te paropside magnam cum aqua dulci, & submergas peciam illam, in qua ligasti thuriam, in aqua, & frica manibus, & inunge cum aqua illa saepe, & diligenter, donec dissoluatur, quod est subtile ex ea, & egrediatur ex panno in aquam. Et tua interest, quod reponas aquam illam cum eo, quod egressum est de pecia in paropside alia, & frices iterum pannum in aqua alia clara, & hoc fac quousque tota terreat thuriam excoletur a panno. vltimo proijce, quod remanet ex lapidibus in pecia. Deinde mi ce aquam, quæ est in paropside cum thuria, & proijce aquam illam cum subtili illo terreo, & illa pinguedine, quæ natat super aquam per agitationem eius in vase alio. Et facias hoc cum summa facilitate ita, quod separet illud subtilissime ab arena, quæ descendit in fundo vasis, & proijcias aquam aliam secundo, & tertio, quousque nihil remaneat de sorde eius, deinde proijce arenam, quæ tua grauitate

Mesua.

H H h

iacet

iacet in fundo vasis; reliquum vero, quod reseruasti, dimitte residere in aqua, donec descendat ad fundum. Tunc projice aquam cum facilitate, donec remaneat corpusculum: hoc autem pone sub Sole, donec desiccetur, & reponere, & serua.

Alius ad idem.

Verum quidam abluunt iterum hanc in hunc modum, qui est, quod colligunt cor eius, & spumam, seu pinguedinem eius de superficie aquae cum coto mundo, & projiciunt substantiam. Et iste modus abluitionis appellatur arabice althesul, id est clarum. Et faciunt ita saepe, quousque egrediatur tota spuma eius, & subtilitas eius, & abluunt eorum a thuria, quae est in ipso qualibet vice, & ponunt sub Sole quando expleuerint, donec siccetur, & reponunt necessitati.

Modus confectiois cadmiae.

Confectio vero cadmiae diuersificatur secundum diuersitates aegritudinum oculorum. Nam ille, qui vult frigiditatem eius in ophthalmia, oportet, quod ponat de aqua rosata bona in vna paropside. Deinde ponat thuriam lotam, sicut dictum est in vna pecia, & lauet fricando cum aqua rosae, quousque tota egrediatur de pecia. Post hoc ponat sub Sole, & cooperiat cum panno mundo, ne cadat in ea puluis, vel aliud, & dimittat, donec siccetur. Deinde infundat eam cum aqua rosata secundo, & tertio; ultimo terat eam subtilissime. Et terat eam ea aliquantulum camphorae, & vtatur ea in aegritudinibus ophthalmiae calidae. Et ille, qui vult iuuamentum eius in rubore palpebrarum, & in crassitudine earum, quod dicitur arabice sulach, & in scabie, oportet, quod conficiatur cum aqua myrobalanorum citrinorum loco aquae rosatae. Et qui vult ea uti in aegritudinibus oculorum frigidis, & conficiat cum vino veteri bono, odorifero, ter, & imbibat eam in aqua maioranae recentis semel, aut bis, & terat cum aliquantulo spicae nardi. Et aromatizet eam cum medico musci, & vtatur ea in lacrymis oculorum, & humiditatibus descendentes ad oculum, & in venis rubeis, quae sunt super texta in coniunctiua, quae nominatur sebel, & in fluxu palpebrarum. Et sunt, qui conficiunt eam cum aqua feniculi ad aquam descendente ad oculum, aut cum aqua sumach. Et ille, qui vult, quod sit virtutis abstergentis, & rodentis, oportet, quod conficiat eam cum aqua acori, & similia.

Alius assationis modus.

Assatio vero eius est, quod accipias eam, & teras bene, aut accipias de lauata, & conficias cum aqua, & fac trochiscos; & super testam nouam ponas, & postea super prunas, & volue trochiscos cum assiduatione, donec siccetur, & fiant rubei: tunc reponere necessitati.

Combustio eius.

Sed modus combustionis eius est, quod accipias de thuria lota, sicut dixi supra, & confice eam cum melle bono, ita ut fiat ad modum pastae, & pone in olla terrea, quae habet orificium strictum, & cooperi cum coopertorio conuenienti orificio eius, & oppila liniendo cum argilla; & fac foramen in medio coopertorii, & pone in fornace calcis, & dimitte donec vratur, quoniam erit adusta, cuius signum est, quod non egreditur a foramine fumus, aufer ab igne, extingue eam calidam in rob, & sicca, & reponere.

Modus combustionis marchesitae, & abluitionis eius, & electionis eius, quae est bona, & quae non.

Marchesitae duae sunt species, aurea videlicet, & argentea. Et illa, quae grauior est ex ea, est melior. Et modus adustionis eius est, quod accipias eam, & rores eam melle, & pone super prunas non multas, & suffles cum assiduatione, donec rubeat, deinde aufer ab igne. Sed abluio eius est, quod accipias de ea, quae aurea est, & tere, & cribra, & pone iterum in mortario, & projice super eam de aqua pluviali, & tere, & sicca. Et iterum pone aqua alia, & facias septem diebus continuis, postea adde parum musci, & tere, & vtare ea in oculo, quia confert humiditati eius, & cicatricibus vlcerum, & albedini eius.

Modus abluendi antimonium, & adurendi.

Abluio eius est sicut abluio marchesitae, & cadmiae,

& adustio eius est, ut ponatur super prunas, & suffletur cum folle donec inflammetur, & auferatur, postquam inflammatum est statim ab igne, quoniam si nimium dimitteretur in igne, conuerteretur in virtutem plumbi.

De modo faciendi ziniar ex aere, & abluendi ipsum, & colligendi ex eo, quod bonum est.

Operatio faciendi ziniar secundum quod fit in partibus nostris, scilicet in Hispania, fit in hunc modum. Accipe vas fictile magnum, cuius orificium sit latius fundo eius, & pone ipsum in domo plena stercorebus ouium, & sepeli ipsum in modum, quem dixi in faciendo ceruissam, nisi quod laminae, in quibus fit ziniar debent esse ex aere rubeo, & latitudo cuiuscunque laminae sit secundum mensuram dimidij palmi, & longitudo sit secundum duas partes palmi vnus, & spissitudo sit sicut crassitudo dimidij digiti. Et non est curandum utrum vna, quae apponitur in vase sit nigra, aut alba, aut si ponas acetum forte solum sine vis. Cooperi ergo vas post constructionem laminarum, & stringe os eius, & oppila, & reuerte ad vas transactis x. diebus, & aufer laminas, & rade ziniar de laminis paulatim, & reponas iterum eas in vase, & dimitte diebus totidem, & iterum abraide, & fac istud, donec consumantur laminae; & postquam consumptae fuerint, pone alias laminas, & fac ut fecisti prius, donec habeas ziniar quantum vis.

Modus alius.

Inquit Dioscorus fit ziniar in hunc modum. Pone acetum forte in aliquo vase fictili, & cooperi vas cum coopertorio facto ex aere curuo, vel plano, si non inueneris curuum, sine aliquo foramine, ne vapor aceti exhalet extra, & inquiras omni x. die. & rade a coopertorio ziniar. collige, & serua, vel accipe laminas aereas, & pone, id est suspendas in vase, ubi sit acetum forte, & sit suspensio earum ita, ut non tangat acetum, & in quolibet x. die requiras, & rade, quod inuentum est in laminis ex ziniar. Et dixit etiam, quod fit secundum hunc modum: & est, ut accipias frustum aris fusi, vel plura frusta, & sepeli ea in vinatio vna, quando acescit, & semper quando aliquid oritur ex ziniar super frusta, collige, & serua. Et dixit etiam, quod fit ex limatura aris; & ex laminis plumbi extensis subtilibus, projiciendo de super limaturam, & laminas, acetum forte ter, vel quater in die, & moue qualibet die semel, & fac ita, donec vertatur in colorem viridem. Et quidam aurifices faciunt ziniar secundum modum diuersum ab istis; & est, quod terunt vrinam infantium in mortario ex aere cabrusio, id est de cupro cum pistello de eodem, & agitant diu, quousque colore eius vertatur in viridem colorem, & cum isto clarificant aurum. Et dixit Dioscorus modum alium in ziniar, quem appellauit vermiculum, vel vermiculosum. Et fit ut accipias mortarium, & pistellum de cupro, & projice in eo de aceto forti al. & tere agitando cum pistello, donec acetum incrassetur, deinde adde acetum iterum, & de alumine rotundo, & de sal gemina claro, lucido, & de sale multum albo, & de sale nitro, de quolibet ana. drach. ij. & tere agitando diutius in Sole aethio, quousque vertatur in colorem ziniar, & incrassetur; deinde coque ipsum, & ista species ziniar est pulchri coloris, & fortis operationis. Alij faciunt in hunc eundem modum addentes tantum vni parti aceti, duas vrinae verustae, & de medicinis praedictis easdem portiones. Et sunt qui adulterant ziniar cum aere adusto, & gummi arabico miscentes, & faciunt in modum supradicti vermiculosi.

Modus alius faciendi ziniar.

Accipe partem salis, & partem farinae hordei, & tere vtramque cum aceto, & linias cum eo ollam terream a parte interiori, & dimitte diebus, quousque inuenitur ziniar, sicut ziniar nouum, & rade, & reponere.

Modus comburendi ziniar.

Accipe ziniar, & pone in patella terrea super ignem, & misce quousque videas colorem eius mutari, ita, quod vertat ad colorem thuriae; & postea aufer ab igne, & sine te pescere, & collige, & serua, & vtare, & habeas de ziniar, quod generatur in mineris in insula Cypri; quod apparet super

Electio Marchesitae.

super aliquos lapides, in quibus est as; & est, quod stillat à spelunca; & id, quod ex eo apparet super lapides est parum, sed id, quod inuenitur in mineris est maioris quantitatis, & pulchri coloris, sed non est bonum propter nimiam quantitatem, quæ admiscetur ei ex lapidibus. Et sunt qui adulterant cum multis rebus, sicut cum pumice in marmore pistatis, sunt, qui miscent cum chalcantio. Et qui vult cognoscere illud, quod est adulteratum cum pumice, vel cum marmore, madefaciat manum suam in aqua, & ponat super eum, quia statim dissoluetur; & sunt, qui masticant ex eo cum dentibus, & sic percipiunt lapides. Et discernitur id, quod est adulteratum cum vitreolo, ponendo ipsum in lamina ferrea super ignem, & si continet aliquid vitreoli, quando erit combustum, fiet rubeum; sed id, quod non est adulteratum, remanet in suo colore, & sua figura. Et melior specierum eius in nostris partibus est, quod est magis viride fortioris odoris: adurens gustum, & fortioris operationis.

Modus comburendi, & albificandi auripigmentum, & sublimandi ipsum, & comburendi, & vertendi citrinum in rubeum.

Pone auripigmentum in vase fictili super carbones accensos, & agita ipsum satis sine intermissione, & quando erit valde calidum, & color mutatur, auferas ab igne, & dimitte infrigidari, & tere, & repone, & virtus eius est, quoniam ipsum putrefacit, & pungit punctione magna, & aufert carnem superfluam in vlcibus, & abradit pilos.

Sublimatio arsenici.

Sume de arsenico citrino id, quod ex eo est humidius, & laminosum; videlicet, quod assimilatur laminis auri, & tere cum tantundem salis, quod comeditur, & pone inter duas patellas terreas vitreatas, & luta eas cum terra vitriariorum, & pone super ignem, & dimitte ipsum donec dissoluatur, & ascendat fumus eius, & adhæreat ad tectum superioris patellæ: deinde aufer ab igne, & sine tepescere. Et tunc aperi vas, & rade, quod inuenies adhærens tecto superioris patellæ, & misce ipsum cum eo, quod remansit in patella inferiori, & tere in simul, & pone iterum inter patellas, ut primo fecisti, & pone super ignem ad sublimandum iterum; & facias hoc tertio, & quarto, & toties, quousque id, quod ascendit fiat album, sicut cerussa, quod quidem collige, & serua necessitati.

Modus vertendi arsenicum citrinum in rubeum.

Veruntamen, qui vult facere ipsum de citrino rubeum oportet, quod frangat eum in frusta mediocria, & ponat in olla segregatum, & oppilet os ollæ, & ponat in furno panis, & dimittat spacio quinque horarum, deinde frangat, & auferat, quia tunc inueniet arsenicum rubeum pulchri coloris.

Modus albificandi argentum viuum per sublimationem.

Accipe de argento viuo bono, & purificato a plumbo, & omni alia sorde; & tere ipsum cum pondere eius de chalcantio bono, & projice super eum acetum, & affridua pistatione quousque argentum viuum totum coaguletur, & nihil de eo appareat in chalcantio. Tunc ergo exicca ipsum modicum ab humiditate aceti, & pone inter duas patellas, & luta cum argilla, & pone super ignem, & fac ignem sub eo tanto spacio temporis, quanto faceres, si velles coquere carnes; deinde aufer ab igne, & dimitte infrigidari patellas, & accipias, & aperi eas, & tunc inuenies partem argenti viui adhærentem tegmini patellæ superioris, & partem eius mortuam, & partem eius viuum. Tunc ergo collige totum, & adhibe simul terens fortiter, ut prius, & semper rora cum aceto, & iterum pone inter patellas, & luta labia cum argilla, & pone super ignem, ut prius fecisti, & hoc totum fac sepius, vel amplius, vel minus, quousque fiat album; quod collige, & serua.

Modus sublimandi medicinam acutam, quæ lingua arabica nominatur.

Adhichbardie.

Sume arsenici citrini puluerizati, calcis viuæ, alchalizimariana. li. f. argenti viui lib. i. salis ammoniaci quar-

A tam partem libræ viuius; terantur omnia cum aqua primo donec moriatur argentum viuum; deinde sicca, & tere secundo, & pone in alucel ad sublimandum. Et forma alutel est, quod accipias ollam, & patellam vnam terream, & facias in patella foramen ad magnitudinem orificij ollæ, & construe orificium ollæ super foramen, quod fecisti in patella, & luta eam simul cum argilla sapienter; deinde fac furnum paruum, & pone patellam super furnum, & luta bene ab omnibus partibus; deinde pone mediam in olla, & cooperi ollam cum paropside vitreata, & luta orificium ollæ bene cum labijs paropsidis vndique, post hoc accende ignem sub olla horis sex, quia medicina sublimatur, & accendet supra patellam, & adhærebit paropsidi. Cum ergo infrigidatum fuerit, aperi vasa, & abra de medicinam a paropside, & repone, & vtere. Illud autem, quod remanserit in fundo ollæ serua similiter, & vtere eo pro corrosiuo, etiam qui vult medicamen fortius eo, oportet, quod radat id, quod remansit in fundo ollæ cum eo, quod sublimatum est; & terat totum simul, & ponat iterum in alutel, & accendat ignem de subtrus, donec sublimetur; est namque fortius satius quod sublimabitur, & qui ponet eum ad sublimandum iterum, & tertio erit melius.

Modus faciendi zinzifur, & est cinaprium.

Accipe argenti viui, & sulphuris citrini ana. Et quidam ponunt minus de sulphure, misce, & pone totum in vase vitreato de terra, quod possit subsistere igni, & imple tertiam partem eius ex medicina, & duas partes eius relinque vacuas; deinde cooperias vas cum paropside vitreata, & luta sapienter cum creta, & pilo confectis in simul, deinde ædifica sibi furnum quadratum, & pone vas in medio furni quadrati, ita, quod duæ partes vasis, quæ sunt vacuæ super medicinam sint superantes extra furnum, & sit fundus vasis distans a solo fornacis mestra duarum partium palmi; deinde accende ignem sub eo. i. z. horis, deinde permittite furnum frigesce, postea frange vas, & inuenies zinzifur.

Modus faciendi calcem, & abluendi eam, quæ est necessaria combustionis ignis, & furunculis acutis, & modus faciendi cōfectionem medicinæ, quæ fit ex ea ad depilandum pilos.

Fit calx in partibus nostris plurimum ex lapidibus no uis in mineris eorum. Et sunt ex hominibus, qui faciunt tam ex petra marmoris albi, & fit ex corticibus ouorum, & ex testis ostracorum viuientium in mari. Veruntamen melior calx ad faciendum medicinam, est illa, quæ fit ex corticibus ouorum, & post illam melior est illa, quæ fit ex marmore. Sed modus faciendi calcem ex corticibus ouorum est, ut accipiat de corticibus ouorum quantitas, & in olla noua ponantur cortices ouorum, & cooperiatur olla; deinde in fornace figuli ponatur semper quadiu vasa sunt in fornace; postea detege ollam, si appareat sicut calx, bene; sin autem, remitte in fornacem, & tandiu sic fac, quod fiant albi, sicut calx albissima. Et si furus figuli non est tibi, bene paratur, accende sub eis ignem, & suffla cum folle, donec fiant, sicut dixi. Et per hunc modum oportet, quod fiat ex marmore, & lapidibus alijs, quoniam intentio nostra non est, nisi, ut incendatur, & adurantur, donec fiat calx, & fiat alba.

Modus abluendi calcem, quæ est necessaria combustionis ignis.

Accipe de calce viua id, quod est de ea album, & mundum, & tere, & cribra calcem albam, & mundam. Et pone in paropside munda, & projice super eam de aqua dulci quantitatem ita, quod cooperiatur ab aqua, & dimitte per horam, postea misce. Et cum residuum fecerit ad fundum vasis, projice aquam, & fac ita septem vicibus, vel decem, postea projice aquam desuper, & repone. Et confert ad calcharin. id est rubori, & uesticis, & combustionibus ignis dissoluta in qua, vel oleo rosato. Aliter alexon id est rubor, cum uesticis in facie.

Mesue.

HHh 2 Modus

Modus conficiendi medicinam depilantem capillos vna hora.

Accipe de calce lapidum, vel marmoris, vel ouorum, vel ostracorum, partes duas, & de auripigmento citrino partem vnam pone in mortatio facto ex plumbo, & projice desuper aquam, vel aquam hordei, & tere donec fiat nigrum; & postea oportet, qd calefiat cum igne, quando linis eum eo in balneo, quoniam ista medicina facit corpus lenē, & subtrahit pilos nascituros.

Modus psilothri noti.

Accipe calcis partes octo, auripigmenti citrini partē vnam, tere, & cribra, & coque in vase aeneo cum tanta quantitate aqua, qua cooperiatur. Et coque quousq; penā intrinmissa in medicina depiletur per se facile.

Modus comburendi salem.

Accipe de sale, & tere, & pone in vase terreo, & luta labia vasis eum coopertorio simul cum argilla, & sepeli vas, & inter prunas dimitte, donec cōburatur. Et sunt, qui ponunt salem in pasta, & sepeliunt sub prunis, donec pasta fuerit combusta. Et sunt qui abluunt in aqua, & dimittunt desiccati, postea ponunt in olla, & cooperiunt, & accendunt ignem sub ea, & ponunt circum ollam prunas, quia sal non cessat crepitare, donec sit combustus. Et quando quieuerit a crepitatione, erit combustus. Sed ego terebam salem bene, & ponebam in olla super ignem, & exufflabam donec erat combustus.

Forma combustionis chalcanti, & specierum eius, quæ sunt arramentum, & vitriolum.

Accipe chalcantum, & pone super testam nouam, & pone testam super prunas, & vire, & sit quantitas adustionis, si fuerit chalcantum non multæ humiditatis, quando non apparebunt ampullæ, & erit desiccatum desiccatione forti. Et si fuerit amplius humiditatis, oportet, quod dimittatur super prunas quotisque mutetur color eius: & quando mutabitur color eius in fra se, & vertetur ad similitudinem magræ, id est sinopidis, tunc oportet, quod auferas ab igne, & purges. Et sunt, qui ponunt super prunas, & exufflant desuper, donec declinant ad citrinitatem, aut ponunt super testam, & ponunt super prunas, & miscent, donec mutetur color.

Alumini.

Modus adurendi alumen, & cognoscendi bonum ex eo.

Species aluminis sunt multæ, & melior earū est, quod scinditur, & est album, & nouum, stypticum, sine lapide, post id humidum, & clarū, cuius partes sunt æquales humidæ sine lapide. Sed modus cōbustionis eius est, sicut cōbustio chalcanti, nisi quod non fit rubeū, sicut illud.

Modus combustionis coralli.

Teratur corallus, & ponatur in olla terrea, & ponatur in furno per noctem: si bene comburitur, bene est, sin autem, iterum ponatur, donec comburatur. Et sunt, qui ponunt in crucibulo, & exufflant, & comburitur sicut uis.

Combustio spumæ maris.

Pone eam in olla terrea, & cooperi, & luta cum argilla, & pone in furno quousque aduratur, deinde accipe, & repone. Et quidam ponunt super prunas, & comburunt exufflando, sed ablutio eius est sicut ablutio climiæ.

Combustio nitri.

Teratur, & ponatur in crucibulo super prunas sal nitrum. Et exuffletur, donec aduratur, quemadmodum dictum est de sale. Et si non aduritur bene, iterum ponatur, & exuffletur, donec aduratur quantum oportet.

Combustio salis nitri.

Sal nitrum comburitur sicut sal, scilicet, ut ponatur in testa super prunas, & exuffletur, donec aduratur. Combustio boli armeni, & iugibat, & terræ hispanæ, & almogæ, & aliorum lapidum. Frange quodecunque eorum in frusta quantitate fabæ, & super testā, vel laminā ferreā pone, & misce, sicut est tibi voluntas adurēdi, vel affandi.

Modus faciendi crocum ferri.

Accipe de limatura ferri quantum vis, & pone in lamina ferrea: postea suffla cum folle, donec calefiat lamina, & limatura, & pone in mortario ferreo, ita calidam, & tere bene, & iterum pone in lamina, & exuffla, secun-

do, donec calefiat ad ignem, ut prins fecisti, & tere. Et fac ita decies, vel amplius, quia quanto plus feceris, tanto melius. Quando ergo conuersum fuerit in colorem croci, si adhælerit alicui rei, color eius non separabitur. Et inuamentum eius est, quod qui depilauerit pilum superfluum, vel male granatum in palpebra, & posuerit super locum, a quo euulsus est, & ponat de limatura ista sic preparata, sape prohibet totum eius. Et sunt, qui ponunt eam in vnguentis, quando volunt exiccationem eorum fortem. Et sunt, qui vtuntur ea sola, & qui projiciunt eam super vlcus humidum, cuius sanatio est difficilis, & exiccat illud potenter.

Modus purificandi limaturam ferri.

Eligat limaturam ferri puram cum aqua, & non sit mistio alicuius alterius metalli. Nam si ibi esset mistio alicuius, sicut æris, vel plumbi, aut vitri, & daretur in potu alicui occideret. Ponatur ergo de ea quantum uis in vase mundo, super quam projiciatur parum aceti, & ponatur sub sextorio mundo, & iterum super sextorium ponatur corium aliquod, & dimittatur. 30 diebus, vel ad minus. 7. diebus, & postmodum extrahe; & inuenies colorem eius, sicut zimar, desicca, tere, & vtere. Et sunt, qui abluunt eam cum aqua dulci, aut cum aceto, & colant per pannum, & dimittunt sub sextorio quousque putrefcat, & postea abluunt, & reponunt. Et virtus eius est, quod iuuat illos, quorum color faciei est croceus, & facit impinguari corpus.

Zimar.

Modus affandi scoriam ferri.

Terant tritura crassa, & ponat in aceto, vel rob; postea extrahatur ab eo, & exicceetur, & asset super prunas.

Modus abluendi scoriam ferri.

Oportet, qd abluatur antequam assetur, & post etiam abluatur, sicut diximus in climia, & marchesita.

Modus limaturæ auri, & argenti, quibus vtimur in medicinis cordis, sicut chliæ.

Salicha.

Accipe de auro bono, & puro frustum, & habeas coram te paropsidem cum aqua munda dulci, & habeas pannum de lino asperum mundum, cuius vnum caput teneas in manu tua, aliud stet mistum fundo paropsidis in aqua. Tunc frica aurum in panno semper madefaciendo pannum cum aqua, & limatura descendet in fundum vasis subtilis. Fac ergo tandiu, quod limetur de auro illo, quantum volueris. deinde dimitte per horam, & projice aquam cum facilitate, & ablue ter, & sicca, & serua. Eodem modo fac de argento. Et sunt qui limant lima subtili, & sic vtuntur.

TRACTATUS SECVNDVS
de preparatione medicinarum, quæ
sunt ex plantis.

Modus faciendi aloem.



Loe est succus cuiusdā herbe, quæ nascitur in Sicute, vel in Sicurta, fm quod audiuius. Et modus operationis ei est, qd teritur herba illa, & exprimitur succus eius, & coquitur succus, donec congeletur, & ponitur in viribus ex corio, & reponitur donec exicceetur. Et

Elebis Aloes.

melior manierierum eius est, quod cito frangitur, & habet odorem bonum, & color eius est sicut color hepatis.

Modus ablationis aloes seu preparationis ad expellendam malitiā, & acuitatē eius, & conficiendi ipsam.

Accipe de aloes succorino mundo, quod cito frangitur, & habet colorem hepatis, & odor eius est bonus: pondus li. ū. tere bene, & cribra; deinde accipe casit lignæ, spicæ nardi, asari, schœnathi, carpopalsami, xylobalsami, cinnamomi, ligni aloes, cruci, masticis, lacca, ana. dra. 3. contunde, & coque in lib. 6. aquæ, donec consumpta sit medietas aquæ, cola, & exprime, & repone in vase vitreo, & rora aloem ex ista aqua, donec imbibeatur totum, & pone sup vas marmoris, aut vitri, & tere in Sole bene, pone

pone in paropside munda, & cooperi panno crasso, & dimitte ficari ab illa aqua: & cum deficcatum fuerit, reduc iterum ad tritaram secundo, & imbibere iterum ex aqua ista, & dimitte ficari sicut prius, & iterato facies hoc, donec aqua penetret partes eius omnes, & sit tota aqua consumpta, vel expleta, terendo, imbibendo, & deficcando, sicut dictum est. Et cum ultimo deficcatum fuerit, reponere in vase vitreo mundo; & da ex eo solo sine adulatione alterius medicinae pondus aur. i. Et utere eo in medicinis laxatiuis, & speciebus hiera, & alijs medicinis, in quibus aloë ingreditur.

Modus alius ablutionis.

Et qui vult eo uti in aegritudinibus melancholicis, in quibus eget euacuatione melancholiae praparet sic. Recroci, spicae nardi, cinnamo. xylobalsami, carpopalsami, casia lignea, asari, ana drac. x. lechenanthi, stechados arabici, ana drac. v. coque in lib. x. aqua fontis super ignem leuem, & parum, quousque remaneat tertia pars, & cola cu colatorio crasso, & exprime. Deinde accipe de aloë citrino lib. ij. & tere, & cribra, & imbibere ex aqua ista supra petram marmoris, & assidua trituratione eius, & infusionem, & deficcationem secundum supradictam disciplinam, donec biberit aquam illam totam; ultimo tere, & serua in vase stricti orificij, ne virtutem amittat, & oppilatos vasis. Et tua interest, ut addas, & minuas ex medicinis istis, secundum opportunitatem aegritudinis.

Forma adurendi aloem.

Oporteret, q. ponas aloem in olla munda super prunas donec aduratur.

Modus acceptionis aque cucumerum dulcium.

Purgat choleram, quae est in stomacho, & intestinis, & extinguit acumen eius. Dosis est tertia lib. i. vsque ad ij. terrias lib. cum drac. x. zuchari.

Modus decoctionis hiera picra, quae est necessaria, ut reponatur ad horam necessitatis.

Accipe stechados arabici, pulegij, ana dr. v. epithymi. dr. 10 anisi, fœniculi, sem. anethi, ana dra. 3. cinnamomi. dr. x. agatice dr. v. aduna hæc, & tunde, & infunde in lib. x. aqua calidae, & dimitte in aestiuo tempore in vase stricti orificij, & cooperi, & dimitte. 8. diebus; deinde extrahe in vase, & cola cum expressione; & iterum mitte in vase, & pone ibi de hiera, quam scripsimus, pondus drac. cc. & luta os vasis cum argilla, & pilo, & dimitte in Sole. 18. diebus; & post reponere vas. Et da ex eo in potu quantitatem lib. i. in aegritudinibus melancholicis; & in aegritudinibus capitis omni die, postquam miscueris vas, & misce cum ea drac. i. olei de cherna recentis, & assidua hoc. 7. diebus continuis, quia est nobilissimum, & proficiens multum, & ego nominaui operationem eius in libro medicinarum hiera picra.

Forma extrahendi lac scammonæ.

Radix huius lacticiuij, de quo extrahitur scammonæ est crassa, sicut cor meshuda, id est vitis nigra, & color eius exterior, cineritius, & interior est alba, grauis odoris, plena humiditate. Et illi, qui colligunt lac eius in fine mensis Februarij, faciunt foueam circum radicem arboris, & incidunt ex venis eius quantitatem duorum digitorum, & ponunt circa radicem eius iuxta locum incisionis duas ollas, aut tres ollas, secundum quod de lacte eius egreditur, & dimittunt vsque mane, postea congelatur, & est scammonæ. Et dixit Diosco. Sunt, qui fodiunt circa radicem circulariter, & sternunt circa radicem eius in fouea folia nucis, postquam incisæ sunt venæ eius, & sic recipiunt super ipsa folia humiditatem manatam ex radice scilicet lac eius, & dimittunt ficari, & seruant. Et melior scammonæ est illa, quæ est clara, & leuis, & spongiosa: & habet colorem sicut color glutinis coriorum bonam. Verumtamen apud nos est melior illa, quæ est cælestis coloris, quæ apportatur de Antiochia. Et adulteratur scammonæ cum sarcocolla, & lacte tithymalli. Et cognoscitur illa, quæ est bona; non adulterata, quæ non pungit, vel mordicat linguam forti mordicatione, quia tunc non habet admistum lac tithymalli. Et peior specierum eius est, quæ effertur de Canaam, & de Palæ-

stina, & sunt istæ duæ species graues, & crassæ substantiæ adulteratæ cum lacte tithymalli, & farina saliginis id est chersena.

Modus coquendi scammonæ, & praprandi, ad repressionem eius malitiæ.

Dixit Melzigiar, ex prudentia aliorum medicorum. Ille, qui vult prapareare scammonæ, oportet, quod accipiat de malis dulcibus, & diuidat ea in duas partes, & extendat illas medietates in fundo vnus ollæ. Et sunt, qui terunt mala, & extendunt ea in fundo ollæ quantitate crassitudinis vnus digiti, & ponunt scammonæ super frustra malorum, vel super ipsam carnem malorum tritorum, si mauis illud, quod faciunt, & facies solum vnum ex scammonæ, & aliud malorum, & sic facies gradatim, quousque olla sit semiplena. Deinde prapara iterum ollam aliam secundum eandem formam cum malis, & scammonæ. Et ita tres, vel quatuor ollas, & plures secundum voluntatem tuam. Et pone ollam super ollam, & luta orificium ollæ cum fundo alterius cum pasta, & cooperi superiorem ollam cum coopertorio. Et oppila bene cum pasta etiam, & pone in medio furni calidi, & dimitte nocte vna vsque mane, & aperi furnum, & ollas, & extrahe scammonæ. Et si inueneris mala, quæ sunt sub scammonæ, & circum, sicca, & combusta, tunc vtendum est ex ea, aliter vero non. Et sunt ex medicis, qui miscent cum aniso, vel semine apij, aut dauco ante, & conficiunt cum oleo amygdalarum dulcium; aut assant eam in malo mundato à granis, aut cyronio, & vtuntur, & talis praparatio prohibet à potante eam nauseam, & tortiones ventris, & stomachi dolores, & intestinorum.

Forma extrahendi succum tithymalli.

Tithymalli multæ species sunt; & modus extrahendi lac ipsius talis est. Incidatur summitas eius in mense Aprilis, & summitas eius incisa inclinetur super vas aliquod mundum. Et exprimantur ramuli singulariter, donec lac eius egrediatur totum; & fac hoc ex pluribus ramulis, & plantis, donec habeas de lacte quantum volueris, & desicca eum in Sole. Et utere eo in purgando melancholiam, & phlegma, & ad vomitum prouocandum. Et sunt, qui conficiunt lac in farina filiginis, & faciunt pilulas ad magnitudinem ciceris, & seruantur. Et sunt, qui faciunt lac ipsum destillare super ficus, super vnamquamque ficum 3. vel 4. guttas, exiccant, & seruant. Et qui vult prouocare secessum, comedat ex eis tres ficus, & ducet multum. Veruntamen lac tithymalli guttur exasperat, & facit rauescere fumentem se. Et propter hoc, qui vult eo uti, oportet, ut pilulas, quas ante diximus, inuoluat in melle despumato, & sic vtatur.

Modus extrahendi succum à thapsia.

Thapsia est planta, quæ oritur in terra Fes sigil messæ, quæ assimilatur plantæ balach in figura sua. Et lacticinium eius extrahitur in hunc modum. Fodias terram circum radicem eius, ita quod radix detegatur à terra, & sit fouea rotunda circa radicem. Deinde scindatur cortex eius, & cooperiatur fouea vsque mane, quia colligetur super radicem lacticinium clarum mundum, quod collige, sicca, & serua, & lachrymum id vocatur thapsia. Sed qui vult extrahere succum radice eius, fodiatur, & extrahat radicem, & purget eam, & terat, & exprimat eam cum torculo, & extrahat succum, & sicceatur in Sole in vase fictili crasso, vitreato, & seruet. Sunt qui terunt folia cum radice simul, & sic exprimunt succum, & iste succus est debilis virtutis. Et differentia eorum est, q. succus ex radice sola est pinguis, spissus, & succus foliorum, & radice simul, est humidus. Et succus radice quando habet admistum succum foliorum desiccatur, & facit exicare propter vim vlcerauiam, quam habet. Et oportet, q. ille, qui extrahit lachrymum eius, non extrahat eum in die, in quo sit ventrus. Et caueat ab odore vaporis eius, & quod non tangat eum in aliquo membro nudo. Nam ipsum inflaret tantum, & fieret desiccatum id, quod ex membris eius esset delectum, propter fumositatem eius, & liniat cum hoc membra sua.

Mesua.

H H h 3 nuda

nuda ex cerato liquido, & oleo rosato. Et virtus corticis radicis thapsiæ, & succi eius, & lachryma eius est laxativa. Et narrauit mihi quidam fidelis, quod ex Saracenis sunt, qui quando volunt cauterizare aliquam partem corporis, aut incidere aliquod superfluum a membro aliquo, ponunt super illud de planta ista. Nam ipsa vrit, sicut ignis, & facit operationem cauterij.

Modus extrahendi succum cucumeris asinini.

Accipe de cucumeribus illis, qui sunt bene maturi, & dimitte eos sic collectos vna nocte. Deinde accipe vas, & pone super eum cribrum, & pone super eum cultellum resupinatum, ita, quod acies eius sit versus superiorem partem, & opposita versus cribrum. Et diuide per medium cucumeris singulariter super cribrum, & exprime id, quod est in eis de humiditate super cribrum, donec descendat in vas suppositum. Et quod cadit de carnositate eorum super cribrum, exprime, donec descendat cum tota substantia eius per cribrum in vas. Deinde pone super id totum, quod collectum fuerit ex eis, aquam dulcem. Et quidam ponunt aquam marinam, & lauant, & proijciunt aquam. Et sunt, qui iterum collant cum aqua prima, quæ egressa est a cucumeribus, substantiam, quæ remansit super cribrum, & miscent bene, & cooperiunt cum pannos, & expectant, donec crassities ad fundum vasis descendat, & separatur subtilitas, & aqueitas, quæ est ibi à crasso. Et cum hoc feceris, aufer aquositatem eius, & proijce leuiter extra. Et si remanet iterum aliquid super eum de subtili aquoso, collige ipsum cum spongia, vel toto; & pone crassum eius in vase lapideo, & tere quaque die continue, donec inspissetur, & sit aptum ad trochiscos formandos, & fac trochiscos, & sicca in vmbra. Et si miscueris cum eo aliquantum gummi arab. aut traga. erunt trochisci magis adhaerentes in partibus suis; & substantia eorum erit sicut vitrum, & saluabitur per amplius tempus.

Alius modus secundum Diosco.

Elie. Hiatery.

Dixit Diosco. sunt aliqui, qui cinerem cribratum super terram extendunt, & faciunt in medio eius foueam, & ponunt pannum triplicatum super cinerem, & proijciunt succum cum toto, quod est in eo ex aqua super pannum, quoniam cinis fugit, quod est in eo de aquositate cito; & quando fuerit desiccata, terunt crassitudinem, secundum disciplinam, quam narraui prius. Et quod ex electario habebit colorem, sicut succus porri, vel sicut zinniar, & habet in se turbulentiam, seu crassitiem, & grauitatem, est malum, & non est laudabile. Et melius ex eo est, quod habet viriditatem paucam, declinantem ad albedinem parumper; & quod est simile colori ambra; & est cum hoc leuis pöderis, & actus leuis, & est calidum. Et qui appropinquabit ipsum igni, inflammabitur cito. Et non est nimis vetustum x. annorum vsque ad * vij. & virtus eius est fortior, & melior, qui voluerit eo vri in voinitu, & laxatione ventris. Et dosis eius completa est 4. pars drach. i. & proprietates eius est attrahere humores phlegmaticos, & melancholicos per vomitum, & per ventrem, & adulteratur cum admistione eius de succo cucumeris domestici, aut cum amylo, aut assimiletur electario bono, claro, albo, leui.

afria 17.

Modus extrahendi succum absynthij.

Accipe absynthium, quando est in fine suæ teneritatis, & bonitatis, contere eum mane ante ortum Solis, quia tunc succus eius exibat melius, & facilius; deinde stringe eum in torculo, aut porta in panno crasso, & forti, exprime cum trabe lignea, sicut premunt artifices affor. i. cartamum, & expone succum Soli, donec erit prope desiccationem, & fac ex eo trochiscos, & serua. Et sunt, qui ponunt succum eius super ignem, & coquunt, donec coaguletur, & ponunt cum eo parum gummi arabici, vt partes eius sint melius adhaerentes, & faciunt trochiscos, & seruant. Et quidam adulterant eum, cum amurca olei. Et propter hoc non recipiatur nisi à fideli viro, & mundus, clarificatus, purus, ex eo est fortis odor, & fortis amaritudinis, & virtus eius succi fortior

Elie.

est virtute absynthij. Et secundum hanc disciplinam extrahitur succus ex scenrag. id est sumoteira, nisi quod aquositas eius est amplior aquositate absynthij, quæ oportet, quod ingeniamur ad exiccandum ipsum amplius in Sole, vel in decoctione super ignem.

Modus exprimendi succum ex gasid. i. eupatorio.

De mense Maij herba mollis recens, quæ nascitur in hortis, vel viridarijs colligatur in mane; & quoniam aquositas eius est pauca semper, quanto magis eius, quæ nascitur in montibus. Accipe ergo ex ramis suis tenellis, & caue a vento, vel à Sole; & tere ipsam ante ortum Solis, & exprime succum eius, & coque cum gummi arabico paucis, quousque coaguletur, & si poteris ex eo facere trochiscos, bene; si non autem, serua, sicut est. Et sunt, qui adulterant ipsum cum alijs succis. Quare oportet, quod non accipiatur nisi à fideli viro. Et sunt qui exponunt succum Soli, & dimittunt, donec siccatur, vt possint facere trochiscos, & faciunt ex eo.

Modus extrahendi succum ex tribulis marinis.

Succus halac. i. tribuli marini, exprimitur, sicut gasid. *Elie.*

Forma colligendi euphorbium, & eligendi ex eo, quod bonum est.

Euphorbium nascitur in terra, quæ dicitur selgelme fa, & fax, quod sic colligitur. Accipiunt ventres pecudum, & lauantur bene, & ligantur ad crus arboris, deinde accipiunt homines læceas, & stantes a longe figunt acumen ferri in crus arboris, quoniam inde effunditur gummi copiosum in ventrem, ac si effunderetur ex vase aliquo. Et aliquando emanat ex eo super faciem terræ propter fortitudinem sui caloris. Et elegantius ex eo est id, quod est clarum, vrens fortiter, & est grauis saporis valde propter nimiam acritatem eius. *Elie. Euphorb.*

Modus faciendi opium.

Opium est lac papaueris nigri. Et dixit Dioscorides, quod modus extractionis eius est secundum hanc formam, scilicet quod venias ad papauera, quæ sunt completæ maturitatis, postquam desiccata sunt a rore, qui cecidit superea in mane; & scindatur cutis eorum parum cum facilitate non profunde, ne transigatur cutis eorum; sed superficies tantum incidatur, quoniam lac ingrederetur intra concuitatem papaueris, & non posset postea colligi; deinde rade papauer circumquaque ex omni parte eius, & incipe abrasionem tuam a summitate capitis papaueris, & extrahe vsque ad finem scissuræ, quam fecisti directe, & caueat calor, ne radat de cute eius cum lacte, & collige lac cum digito, & pone in vasculo vitreo; deinde expecta per tempus aliquod, & reuere iterum ad papauera prima, quoniam inuenies per scissuras, quas abraisti, iterum lac egressum, quod colliges, vt dixi. Et hoc facies quousque aliquid de lacte egreditur, & si vides aliquid egredi secunda die, & tertia, collige etiam; deinde adhibe simul totum quod colligisti, & tene in loco mundo donec coaguletur, vt possis ex eo facere trochiscos.

Forma extrahendi succum ex papauetibus, ex quo fit opium.

Accipe capita papauerum, & folia eorum, & tere bene, & extrahe succum eorum cum stricatorio, aut aliter, & tene succum illum assidue in Sole, donec coaguletur totaliter, quod possint inde fieri trochisci, & fac, & serua. Et virtus huius debilior est virtute opij, & melior specierum opij est graue, & pingue, & quando frangitur est in loco fracturæ lene, & clarum declinans rubedini, & quando funditur super eum liquor, cito dissoluitur, & qui applicauerit ipsum candelæ incendetur, & emittet flammam non obscuram, & odor eius, quando extinctum fuerit, remanebit secundum dispositionem suam primam, non immutatus. Et adulteratur cum succo lactucæ erraticæ. Et succus huius lactucæ habet virtutem similem virtuti papaueris nigri, sed est debilior satis, verum in colore, & odore multum assimulatur sibi. Et sunt alij, qui adulterant cum succo memithæ, & cum tragac. Sed id, quod est adulteratum cum succo memithæ, quando dissoluitur in aqua, est odor eius sicut odor, vel color

color croci. Et id, quod adulteratum est cum gummi arabico, est clarum, & pauca virtutis.

Modus colligendi lac chelidonie, & extrahendi succum eius.

Accipe huius herbe, quæ est croci coloris valde, & amari saporis completa maturitate, incidantur summitates ramorum eius, scilicet quando incipiunt apparere femina eius, & inclinentur rami super vas mundum ex vitro, vel ex alio, ita, quod lachryma eius cadat in vase, quod exponatur soli, donec exsiccentur, & fac trochiscos, & serua. Sed qui voluerit succum eius exprimere, colligat herbam, & terat, & reprimat succum eius, & deficiet, aut coquat primo, donec inspissetur, & postea ponatur in Sole, donec deficiet. Dixit Dioscorides, tere hanc herbam, & exprime succum eius, & misce cum melle munda, & coq; in vase ex are puto, & in mundo vase referua, quoniam est magnæ virtutis clarificando visum quâdo potueris ex isto medicamine in oculû. Et dixit principium ortus chelidonie est, quando hirundines incipiunt apparere, & quâdo desinunt apparere, herba deficcatur, & non apparet. Et propter hoc appellatur herba hirundinum.

Forma extrahendi succum corticum radicum mandragoræ.

Accipe cortices radicum mandragoræ, dum sunt teneræ, & recentes, & contunde fortiter, & exprime sub aliqua re graui, & collige succum, & tere, donec incrassetur, & serua necessitati. Et sunt, qui coquunt radices in vino vique ad consumptionem tertie partis, & colant, & seruant. Et sunt, qui colligunt lachrymam eius, facientes foramina in radice, & colligunt, quod emanat ex ea de humiditate. Verum succus est fortior lachryma, & lachryma non reperitur vbique.

Forma extrahendi succum ex saccharam, idest hyoscyamo.

Accipe fructum eius cum oleis, & extrahe succum, & pone in Sole. Et vttere eo suo anno, & non amplius, quia cito corrumpitur. Et sunt, qui terunt semen eius siccum, & proijciunt super ipsum aquam, & exprimunt succum eius, & iste est melior succo foliorum eius in sedando dolores. Et sunt, qui terunt plantam eius, & miscent cum farina frumenti, & faciunt trochiscos, & seruant.

Modus exprimendi succum ex memithe.

Inquit Dioscorides memithe multam habet aquositate, & color aquæ ipsius est similis color croci. Oportet ergo, quod teratur cum ramis suis, dum est recens, & tenera, & quod expressum fuerit, ponatur in Sole in vase cooperto, & dimittatur, donec incrassetur, & fiat sicut lutum, deinde fiat ex eo sief, quibus vttere in alcohol, & in vnguentis super apostema, & in ægritudinibus podagræ calidæ, & alijs. Sed ego accepi memithe, & triui, & extraxi succum eius, sicut Dioscorides dixit, & non exiuit succus eius glauci coloris, quemadmodum dixit, & feci trochiscos eorum, & declinauit color eorum viriditati, donec declinauerunt nigredini. Et quæsiui à mercatoribus, qui veniunt ab oriente, & dixerunt mihi, quod accipiunt succum eius, & terunt cum amylo, & faciunt sief. Et feci, sicut dixerunt, & declinauit color eorum glaucedini, sed non totaliter, sicut illi, qui apportantur de oriente. Et dixerunt mihi alij, quod cōficiunt substantiam eius cum aqua fluminis, & faciunt sief. & hi sunt illi, qui deferuntur ad nos de oriente, & cum hoc toto ignoro veritatem eorum.

Modus extrahendi succum prunorum sylvestrium, ex quo fit acacia.

Acacia fit in Misalim, & est succus prunorum sylvestrium. Et modus extractionis eius est, quod colligas plantam hanc cum fructu eius, & pone super eam aquam paucam in vase, & dimitte sic diebus aliquibus; deinde coque super ignem illam colaturam, quousque coaguletur, deinde proijce in vasibus similibus cochleis, & dimitte sicari. Et succus huius fructus, qui dicitur acacia, quando fit ex fructu maturo perfecta maturatione ita, quod iam acquisit dulcedinem, est color eius nigrior, & clarius, & non erit stypticus intestinis, propter suam

dulcedinem. Sed quando fiet ex fructu non complete maturo, erit color eius declinior rubedini magis; & stypticitas eius erit maior. Et elegatior omnibus alijs est acacia, quæ est talis, sicut dixit nunc, & talis magis est odorifera alijs.

Modus ablutionis eius.

Tere eam cum aqua dulci sape, & proijce aquam, quæ supra natauerit, & fac hoc, donec videas aquam claram, fac ex ea trochiscos, & serua. Et sunt, qui lauant eam cum aqua rosata, quando volunt frigiditatem eius ampliorē, & sedationem doloris magis. Modus vero aflationis eius est, quod ponatur super prunas, & assetur, quantum est necessarium.

Modus faciendi licium.

Sunt qui faciunt licium ex radice arboris, quæ dicitur curram; & species huius licij nominatur cohaculem, & est quoddam, quod affertur ex Aliemen. Et sunt, qui faciunt licium in hunc modum: Et est, quod terunt folia ex arbore, sicut sunt, & exprimunt succum, aut molificant ea, aut infundunt ea aliquibus diebus in aqua, & coquunt, & exprimunt, & iterum ponunt super ignem aquam illam, & decoquunt, donec incrassatur sicut mel. Et sunt, qui adulterant eum cum amurca olei, & miscent cum ea tempore quo ipsum coquunt; aut cum succo absinthij, aut cum felle bouino. Et melius licium est quod facit spumam, & habet colorem similem sanguini: quoniam ante ipsum inflammatur in igne, & extinguitur in aqua; & color eius exterior est niger, & interius declinat ad nigredinem, & etiam non habet in se pinguedinem; & habet stypticitatē cū amaritudine: & color eius est sicut color croci, & sicut color licij indici, quod fit in hunc modum, quem dixi. Etiam sunt qui faciunt ex amurca olei similitudinem licij. Accipiunt enim amurcam olei veterem, quæ non habet terram, nec arenam, & decoquunt in vase æris, donec incrassetur, & ponunt super dentes dolentes, nam facit dolorem quiescere. Et qui decoxerit ipsum cum acresta, quousque fiat sicut mel, & ponit ex eo super dentes corrolos, eradicat eos, vel præparat ad faciliorem eradicationem.

Modus extrahendi succum hypocystidis.

Accipe rosam caninam in fine mensis Maij, & tere, & exprime succum eius, & coque, donec incrassetur, & dimitte sicari. Et sunt, qui apponunt modicum gummi arabici, vt partes eius melius adhæreant.

Modus extrahendi succum ex balauftia.

Dixit Dioscorides, extrahunt quidam ex balauftia sylvestri succum, sicut ex rosa canina, & est stypticus, & virtus eius est, sicut virtus hypocystidis.

Forma extrahendi succum chalbani.

Accipe bauciam sylvestrem fetentem cum suis summitatibus, & incide eam in frusta longitudinis. 4. digitorum; & hoc facies, quando erit glauci coloris in fine mensis Iulij, & pone in vase æneo, & proijce super ipsam herbam aquam, qua cooperiatur, & plus, & bulliat magno igne, quousque disoluantur rami, & stipites eius; deinde aufer ab igne, & cola cum colatorio ex pilo, idest ex fetis, & proijce ligna; deinde proijce super aquam illam colatam tantum, quantum est medietas eius, & de terebinthina, & est hezelebat, & coque cum paucis igne, donec consumetur aqua, & remaneat gummi. Et non oportet, quod cooperias illud, quando coquis ipsum, & post hoc repone ipsum in marsupijs, vel vtribus, & serua, & vttere. Et si ficcet plusquam oportet, quando decoquitur, pone in eo parum olei de chertua, aut parum sepi anatis, & signum in hoc est, quod accipias ex eo parum, dum coquitur, & pone super marmor, & si nimis est durum, pone de oleo, & si est satis molle, nil addas. Et sunt, qui adulterant ipsum cum resina pini, & farina fabarum. Et melior specierum eius est, quæ habet odorem suæ herbe.

Modus faciendi succum lyquiritiæ.

Accipe radicem lyquiritiæ, quando est magis humida, & plena succo; scilicet in mense Iulij, & contunde ipsam, & pro-

Elestio.
Acacia.

Elestio.
Licij.

D

Elestio.
Baucia.

Mesue.

H H h 4 & pro-

& projice super ipsam de aqua, donec cooperiatur, vel plus; & pone in vase super ignem, & coque cum paucis igne, donec mel eius, scilicet pingue eius, egrediatur de ipsa, & cola; & projice ligna, & pone iterum aquam super ignem, & coque quousque coaguletur; deinde expone soli, donec deficcetur, & vtere.

Modus extrahendi succum vuae acerbae.

Sunt qui exprimunt succum ex vuis acerbis in fine aeredinis, & alij faciunt ex participantibus aliquantulum dulcoris, & maturitatis, sed prior est frigidior, & stypticior, & secundus est minus stypticus, & minus frigidus. Et modus eius est, quod accipias ex vuis immaturis, & pista, & exprime, & pone in vase ex ere rubeo super igne, & coque, donec propinquet coagulationi deinde pone in vase extenso, & expone. Soli, donec exicetur, & serua. Et quidam ponunt ad ficcandum in Sole absq; decoctione aliqua, si adest Sol calidus. Et sunt qui miscent cum eo parum gummi arabici. Verum simplex est melior, & melior ex eo est crocei coloris, quae declinat alij colori, facile frangibilis; & fortis stypticitatis, & pungens linguam. Et sunt, qui coquunt ipsum cum melle, aut cum vino; & vtuatur eo in tumoribus neruorum, & ceruicis, & gutturis, & tumore faucium, & palati ad alcola.

Modus extrahendi succum centaureae.

Accipe de centaurea dum est recens, & tenera, & tere eam bene, antequam Sol oriatur, & si succus eius egreditur bene; si non autem, oportet, quod ponas eam totam in vase, & projice super ipsam aquam vuae cooperiatur; deinde coque eam, & exprime succum eius, sicut exprimunt tinctorum affor, & est crocus hortulanus; vel sicut gentianam, & pone succum super ignem, & coque, donec incrassetur, & serua. Et qui vult, quod partes eius adhuc creant magis, ponat in eo parum gummi; verum simplex est melior, serua ipsum, & vtere.

Modus faciendi succum ex berberis.

Accipe de berberis bene maturis, & contere eos, & misce cum aqua, & frica manibus, & cola, & pone aquam colatam super igne, & bulli, donec coaguletur, & sicca, & serua.

Modus exprimendi succum solatri.

Accipe plantam solatri cum folijs, & granis, & tere; exprime succum, & coque super ignem, vel exicca expositum Solis, quousque coaguletur, & ficcetur, & serua.

Modus extrahendi succum haufig.

Oportet, quod colligantur folia eius donec sunt humida, & terantur ante ortum Solis, sicut iam dixi, & exprimatur succus eorum, & coquatur super ignem, vel deficcetur in Sole, & sic seruetur. Et iste est modus extrahendi succum plantaginis, & lactucae, & temperuiug, & portul. & rostri porcini, & scario. & fenic. & apij, & cussus idest volubilis, & lapathij, & ceterarum huiusmodi herbarum, ex quibus possant succi extrahi.

Modus preparandi scillam in omnibus modis preparationis eius, & est Capa muris, & primo de modo assandi scillam.

Oportet, quod eligantur scillae, quae declinant ad albedinem in suo colore, & sunt mediocres inter magnas, & paruas; & quae oriuntur in terra crassa, & sicca, & quae sunt durae, paucae humiditatis; & quae euaserunt a corruptione. Et caue a capae, quod est vnum solum, quod est natum in terra, vbi non sunt aliae scillae. Nam non debes accipere nisi scillas, quae habent circa se scillas, scilicet capas multas. Quia illa, quae nascitur sola est seclerata mortalis. Accipe ergo de ijs, quas diximus, & excoria eas de corticibus suis exterioribus siccis, & abscinde ex inferiori parte foliorum eius id, quod est deficcatum; & abscinde radicem eius, & purga eam bene totam, & inuolue eam in pasta facta ex farina hordei, vel aliterius, aut in massa facta ex argilla rubea, dulci, aut nigra; & sit inuolutio eius, quo inuoluis eam crassitudinis vnus digiti; & pone eam sic inuolutam in furno, aut in athanor, vbi sint prunae incense; & ibi dimitte tota vna nocte, vel plus, donec sit assata pasta, & compleatur decoctio eius, & color

eius fiat rubeus; deinde aufer ab igne, & sine in frigidari, & aufer passam, qua inuoluisi eam, & considera si videtur tibi bene assata, ita, scilicet, vt sit mollis, tractabilis. si ergo compleuit ignis opus ium in ea bene; sed si non, coque iterum, inuoluta pasta, vel in argilla, quousque sit aequaliter per totum assata, nam nisi bene assetur, remanet in ea acuitas mala, quae nocet stomacho, & ventri, valde, & facit vomitum, & naueam.

Forma deficcandi scillam.

Accipe cape crudum, & aufer corticem exteriorem, & scinde in duas partes per longitudinem cum cultello facto ex ligno pini; deinde separa tunicas abinuicem, & contigas eas in filo lineo, & imple filum ex frustis eius distanter; ita, quod frusta non tangerent seinuicem, & suspende in vmbra in loco ventoso; & dimitte donec deficcetur a vento absque Sole.

Forma castrandi scillam.

Accipe scillam antequam incipiant germinare folia eius, & stipes, & cauteriza eam cum ventis ferro candenti, & vte bene in loco illo, vbi stipes, & folia oriuntur, vel ori debent. Fac ergo id antequam germinet stipes, nam quando ortus est stipes eius, non est amplius ingenium in castrando eam, nisi quod incidatur totum id, quod ortum est, & cauterizetur, & vtuatur bene locus vbi oriebatur ita, quod amplius non germinet ibi aliquid.

Modus conficiendi acetum scilliticum.

Accipe cor scillae cum tunicis suis mollioribus, quae sunt prope cor eius, & incide in duobus, vel tribus frustis cum cultello ligneo, & non ferreo, & ample fila de filo facta ex ipsis frustis; deinde accipe paropsidem terream, & line interius eam totam pice, & erige lignum in medio, scilicet paropsidis eius ad modum columnae, & liga plurima fila summariati columnae, seu ligni huius, & extende fila ipsa aequidistanter trahendo ipsa per labia paropsidis; deinde per latera eius donec ipsa annexentur omnia pedi paropsidis, & fiat sicut tentorium super paropsidem; & tunc iam percepisti, quod lignum debet esse tantae longitudinis, quod supereminet labio paropsidis; deinde pone in paropside de aceto bono fori quantitatem, qua duae paropsidis partes impleantur; post modum ordine circulariter filum, in quo fixisti frusta capae supra fila illa, quae stant sicut tentorium, tali modo frusta sint suspensa super faciem aceti, ita, quod non tangerent acetum; & cooperi paropsidem cum coopertorio habente culmen, sicut vides esse necessarium ad opus tuum, & vel cum paropside alia cooperi inferiorem in latitudine; sit coopertorium linitum pice, & iam interius; deinde oppila bene lutando orificia vasorum cum argilla, & pone in Sole quatuor diebus in mense Iulij, vel Augusti. cum ergo complebuntur dies oportet, vt coles acetum in vase vitreo, & reponatur necessitati.

Et dixit Hebengizar cuius expositio est filius macellarij, quod quidam ex philosophis gentilium, scilicet incircuncisorum, ponunt pro qualibet libra capae. libr. 6. aceti, & iusserunt suspendi frusta longe ab aceto digitis. 4. cum pondere. vnc. 2. ex iuiubis recentibus, & tantundem ex pulegio regali, & suspendunt cum frustis capae, sicut ipsa suspensa sunt: & post 40. dies colant acetum in vase mundo suffumigando prius ligno aloes. Et sunt ex medicis, qui dicunt, quod in lib. 4. aceti ponatur lib. 1. scillae, sed modus prior est apud me melior, & oportet, quod postquam steterit in Sole in mense Iulij, aut Augusti. sicut dixi sex diebus, quod auferatur argilla, qua lutata sunt paropsides, & apertis paropsidibus projiciantur capae in acetum, & pro quibuscumque libris tribus aceti, accipe apij, balsamiae scilicet silymbrij, & pulegij recentis, de quolibet, ana vnc. i. herbae anisi. feniculi, amborum recentium, ana M. i. ex his omnibus fac fasciculos, & suspende super faciem aceti, sicut suspendisti scillas, & expone Soli duabus septimanis in a suo tempore: deinde aufer ista, & projice, & accipe spicae nardi, cinnamomi, anisi, amygdalarum amararum, ana vnc. i. garyo-

garyophyllo. vnc. s. & repone in paropside cum capis. luta, & dimitte septem diebus; & post aufer argillam, & aperi vasa, & cola acetum in vase vitreo, nam tali modo preparato utebantur Reges gentilium.

Operatio eius secundum Dioscoridem.

Sed Diosc. faciebat acetum scilliticum in hunc modum, quem ego narro. Accipe de capis scilla albis, & scinde in frusta, & infige, à filo, & separa ita frusta, quod se non contingant, & desicca in umbra in loco ventoso versus orientalem, vel versus occidentalem partem 40. diebus integris; deinde accipe de his ita siccis pondus lib. ij. & projice super eas lib. 14. aceti, & dicit alibi lib. x. & cooperi vas cum coopertorio, & luta cum argilla labia vasorum, & expone soli 40. diebus; & postea cola acetum, & exprime scillas, & projice earum substantiam, & serua necessitati.

Iuuamenta aceti.

Ex dixit iterum, quod quidam ponunt ex cepis recentibus sine exicatione modo prædicto in aceto, & dimitunt septem mensibus, & colant acetum, & vtuntur. Et dixit, quod hoc acetum factum in hunc modum, incidit humores crassos fortiter, plusquam factum aliquo alio modo, & dixit, quod est optimum ægritudinibus corporis omnibus, præterquam habentibus intrinsecus scabiem, vel vlcera, seu excoiationes intrinsecas. & oportet, quod quando incipimus ipsum dare in potu alicui, quod demus in primis quantitatem paucam, postea ad damus quantitatem eius paulatim, donec perueniant ad vncj. semis.

Defis.

Modus alius brevis pro ijs, qui volunt, quod cito fiat propter necessitatem.

Accipe vnc. j. aceti, & pondus dra. j. cepæ scilla, & pone totum super ignem, & bulliat duabus bullitionibus, deinde aufer ab igne, & cola, & vtare.

Et ex iuuamentis aceti scillitici sunt, q. ipsum increasat tracheam arteriam, & fortificat carnem eius, & clarificat vocem, & confert doloribus stomachi, & malæ digestionis, & valet oppilationibus, & suffocationibus matricis, & fortificat cor debile, & reddit sanitatem, & clarificat colorem, & acuit visum, & frangit lapidem, incidit humores crassos, & aperit vias, & canales omnes; & confert apoplexiæ, & iuuat vniuersaliter in omnibus ægritudinibus frigidis iuuamento maximo.

Modus destillandi aquam ex scilla, quæ occidit mures, & quæ ponitur in medicinis, ex qua fit syrupus acetosus.

Accipe de capis nouis recentibus, & excoia eius corticē superiorem, & projice id, & incide residuū cum cultello, deinde accipe ollam, & perfora eam in fundo foraminibus paruis, & imple eā ex ipsis capis incisis. Deinde fac foueam rotundam in terra, & sepeli in fouea illam ollam vitream; & pone ollam cum capis super ollam aliam vacuum, & quam tu sepelisti; ita, quod superioris ollæ fundus ingrediatur os inferioris ollæ; deinde luta eas inuicem, vt contingant se, & cooperi ollam superiorem coopertorio idoneo, & luta; deinde cooperi circumquaque ex terra, ita, quod cum incenderis ignem, circum, ignis non attingat inferiorem ollam; & superior sit stans in medio ignis; deinde accende ignem circa superiorem ollam, & super eam ex stercore animalium, vel ex alio, & fac ignem nocte vna tota. In mane vero inuenies aquam destillatam in olla inferiori, quam cola, & serua. Et qui vult ex ea occidere mures conficiat cum ea farinam, vel panem, & ponat in loco, ubi abundant mures, morientur ex eo, qui comederint cito; & si misceueris parum ex lithargyrio erit velocior ad occidendum.

Mures infusores.

Modus albificandi acetum ex quo fit syrupus acetosus.

Construe athanor simile illi, in quo destillatur aqua rosacea, & superpone ei vas destillatorium ex vitro, vel ex terra vitrea, & imple tres partes ex aceto bono, & quarta pars vasis superius sit vacua, ne cum ebullierit acetum effundatur extra; deinde cooperi vas cum vase aliquo superius sicut nouisti; habente nasum, sicut fit

A in aqua rosacea; & fac ignem leuem non fortem, nam si esset fortis, non fieret acetum album tantæ albedinis, & est necesse, quod acetum, quod destillatur sit ex vuis albis, clarum, & acre in fine acredinis, quia tunc destillatur album, & purum. Repone ergo ipsum, & serua necessitati. Secundum hanc disciplinam potest destillari vinum, qui vult ipsum destillatum.

Modus faciendi aquam camphoræ.

Accipe vas ex vasis aquæ rosaceæ, quod dicitur Barā, & expositio eius est venter, & imple ipsum ex lignis pinis, quæ habet magna folia, & impleatur vas, aquæ rosaceæ, cooperi vas ipsum cum coopertorio habente nasum, & pone ventrem in vas aneum plenum aquæ, & pone super ignem quousque incipiat aqua bullire; nam destillabat oleum subtile boni odoris, quod appellatur aqua camphoræ; aut si vis, destilla in furno aquæ rosaceæ secundum disciplinam eius, & serua repositum, quod ex eo destillatum est, & vtare.

B

Modus præparandi colocynthidem ad vsum potionum.

Colocynthis ex virtute sua purgat phlegma viscosum, & humores crassos, & purgat cerebrum: sed ipsa inducit dolores, & tortiones, & punctiones in intestinis, & tenesmum, & malitiam, seu nocumenrum, & exprimitur malitia si teratur, & cribelletur: & addatur ei quantum est 4. pars, seu v. pulueris eius ex traga. & fac inde trochiscos, & serua necessitati. Et sunt, qui ponunt loco trag. gummi arabicum, quoniam ambo reprimunt malitiam eius, nisi quod gummi habet aliquantulum stypticitatis, & traga. iuuat ad laxandum, & qui vult eam miscere cum tragac. oportet, quod terat tragac. & dissoluat in aqua, & colet, & conficiat colocynthidem cum eo, & misceat bene in mortario, quousque fiat vnum corpus, & fac trochiscos. Et oportet vt non multum teratur, quia adhæretet intestinis, & excoiaret. Et

Document. Electio.

C

oportet, quod eligatur colocynthis, quæ habet colorem in cute subcitrineum, & habet superficiem lenem, sine vlla asperitate, & interius eius album declinans citrinitati parum, perleuis ponderis, spongiosa, quia ista sunt signa, quod fuit collecta matura, quantum oportet. Quam oportet, quod non vtaris ex ea, nisi pulpa eius. Et abijcias grana eius, & corticem. Et dosis eius solus est pondus octauæ partis aurei vnius, vsque ad quartam vnius aurei.

Modus præparationis turbith.

Turbith ex virtute sua purgat phlegma, sed inducit syncopim, & tortiones. Sed eius præparatio est, quod teratur, & roretur oleo amygdalarum dulcium, quia prohibet partem suæ malitiæ, quod si non habes, accipe sefaminum, vel butyrum, vel oleum commune, quodcunque habes paratum.

Defis. Turbith.

Defis.

Et turbith melius est, quod est album multum, & lenem habet corticem, & lignū interius subtile sine asperitate, & non est crassum, & habet gummi super capita eius. Et dosis eius, quod est nouum, est pondus drach. j. vsque ad dr. ij. & hoc est cum magna custodia, & de veteri plus. Et nō datur solum, & post acceptionem eius sumatur brodium pingue, & ex pinguedinibus subtilibus.

Modus præparandi euphorbium.

Euphorbiū purgat ex virtute sua phlegma viscosum, quod est in schia, & lumbis, & intestinis, sed ipsum facit tristitiam, & debilitatem. Et rectificatio eius est, quod non multum teratur, & misceatur cum oleo, & cum eo pone bdellium, aut succum liquiritiæ, aut ex speciebus, sicut cinnamomum, casia lignea, & similia. Et oportet, vt fundatur in oleo rosaceo bono. Et eligatur ex eo clarum, nouum, citrinum, fortis odoris, amarum, cui supertran fuerit annus vnus vsque ad tres annos. Et dosis eius est à granis vj. vsque ad grana. 12.

Euphorbiū.

Electio.

Modus præparandi elleborum album.

Elleborus albus purgat virtute sua phlegma per vomitum.

Dosis ellebori.

rit album.

Ellethio. mitum. & modus acceptionis eius est, q̄ comedatur ante assumptionem eius cibis aliquis levis, & postea accipiatur contritus bene cū pulre facta ex farina frumenti, vel hordei. Et melior est, qui est pungitui saporis, adurēs linguam extensus, longus, albus, & cito frangibilis, cui appareat in fractura simile texturæ aranæ telæ subtilis.

Dofis. Dosis eius est pondus drach. s. vsque ad ij. & infra.

Et niger elleb. Preparatio ellebori nigri.

Et niger elleborus purgat de virtute sua phlegma, & melancholiam, & operatio eius est fortior operatione ellebori albi. Et preparatur eodem modo sicut elleborus al. Eligitur autem cuius radiculæ sunt plenæ, pingues, & subtiles, in cuius fractione apparet simile subtili arenæ, acutum habens saporem. Et melior est ille, qui nascitur in terra petrosa, alta, sicca. Et dosis est à drach. s. vsque ad drach. ij. Et tempus colligendi vtrumque elleborum est in mense Iulij, quia sunt in fine bonitatis.

Polypodiū. Forma exhibendi polypodium.

Polypodiū purgat virtute sua phlegma, & melancholiam sine molestia, & grauedine. Et preparatur ad sumendum ipsum solum, quia coquitur in aqua hordei, aut sicla, aut decoctione cucumeris, aut aqua mellis cocta. Et qui vult eo vti in porionibus, radat ipsum bene, & terat, & misceat in medicinis. Et eligitur citrinum cuius sapor appropinquatur sapor gallarum cum dulcedine, & est crassum sicut digitus minor.

Dofis. Et dosis eius in decoctione est à * dr. ij. vsq; ad * dra. v. & similiter in substantia per se dosis à * drach. j. vsque ad * drach. ij. & dicit Philosophus Iebana, q̄ istud pondus vnc. j. intelligitur de sicco. Veruntamen quando est recens, dosis eius solius est vsque ad vnc. ij. aut ij. & in porionibus vnc. j. Et oportet, quod colligatur in Vere. Et sunt etiam, qui colligunt eum in Autumno; sed primum est melius.

Nil. Modus exhibitionis, & preparationis granorum.

Dofis. Nil est indicum. Hæc purgant de virtute sua phlegma. Et modus preparationis eorum est, q̄ ipsa terantur, & infundantur in oleo amygdalarum dulcium, & bulliant in aqua vsque ad consumptionem aquæ, & remaneat oleum, & dentur sola, aut conficiantur aliæ medicinae cum eis secundum voluntatem recipientis. Et dosis eorum est à drach. iij. vsque ad v. & melius Nil est, cuius folia sunt crassa, & similia folijs oliuarum parum minora, & sunt calidi saporis, & faciunt raucedinem vocis.

Alcham. Sermo de Alcham.

Omne amarum appellatur apud Arabes alcham, & in hoc multum laborauerunt expositores. nam quidam ex eis dixerunt, q̄ erat colocynthis, & alij, q̄ erat aliud: sed ad vltimum non est verificatum apud eos quid sit. Et purgat virtute sua aquam citrinam absque, q̄ lædat stomachum, & purgat etiam phlegma. Et modus exhibitionis eius, quod detur in potu cum melle cocto, aut cum rob; & melior ex ea est longa, quæ assimilatur cucumeri minori satis magnæ amaritudinis, quæ inuenitur in terra humida. & cauere oportet ab illa, quæ inuenitur in terra sicca, petrosa, & quæ reperitur in montibus propter fortitudinem suæ virtutis. Et dosis est ab viij. granis vsque ad x.

Scebr. Modus preparandi Scebram, id est esulam.

Scebra in sua proprietate nocet hepati, & purgat aquam citrinam. Et dosis eius est, sicut diximus de laureola. Et preparatio eius est, vt ponatur in lacte horis xxiiij. & postea desiccetur. Et sunt, qui ponunt in aceto cum ea quantitatem ponderis eius de rosas, & trag. & dant cum melle, aut succo vuar, aut cum aqua, vbi sint decoctæ lentes, aut sicla. Dosis est pondus gra. vj. ad vij.

Iris. Modus preparandi Ireos.

Iris purgat virtute sua aquam citrinam, & humores crassos, & viscosos, & melancholiam, & aperit oppilationes hepatis; sed inducit tristitiam, vel solitudinem. Et bonum est, q̄ admisceatur alijs medicinis ad reprimendum malitiam eius. Et preparatio eius est, vt detur in potu cum aqua, & melle simul coctis. Et eligatur

Dofis. E ex eo aquosum multum, partes cuius lachrymantur, & breuis statura, & partes eius æquales, & color eius prope citrinitatem boni odoris. Dosis eius pondus est ab aur. ij. vsque ad ij. vel iij. aut poterit tritum, ex eo pondus drach. j. vsque ad drach. ij. cum melle cocto.

Dofis. Modus preparandi Acorum.

Virtus acori est propinqua virtuti ireos, & dosis eius est sicut dosis ireos.

Ellethio. Modus preparandi Centauream.

Centaurea purgat virtute sua phlegma viscosum, & choleram similem feci, & humores, qui sunt in schia, & lateribus, & anchis, quando aqua eius bibitur vel clysterizatur cum ea. Eligitur ergo subtilis, quæ reperitur in montibus amara multum: quæ vero reperitur in valibus est debilis operationis, & portio eius est aque vnciæ duæ in clysteri. vnciæ quatuor, cum oleo sesamino.

Dofis. Modus exhibendi Fumum terræ.

Ellethio. Iuuat stomachum virtute sua, & confert scabiei, pruritui, & bothor, nam purgat choleram adustam, & mūdificat sanguinem, & prouocat vrinam. Et qui vult eo vti, oportet, quod eligatur recens, amarus multum, & viridis coloris. Et portio eius in decoctione est ab vnc. j. vsque ad vnc. ij. sine decoctione à drac. iij. vsque ad dra. vij. cum tantundem de myrob. citrinis. Et qui vult bibere de succo eius, non oportet, quod decoquatur, & quantitas potionis eius est ab vnc. iij. vsque in viij. cum pondere drach. iij. myrob. citr. & qui vult eo vti interponat semper diem vnum in acceptione eius.

Dofis. Modus assumptionis absinthij.

Absinthium purgat virtute sua choleram à stomacho leniter, & intestinis: aperit oppilationes, & prouocat vrinam, & fortificat hepar; & non habet efficaciam in purgando phlegma. Et qui vult vti in decoctione, vel potu potet ex eo vnc. v. vel vij. & qui vult eum sumere absque infusione, vel decoctione accipiat aur. j. vsque ad vnc. ij.

Dofis. Modus exhibitionis cuscute.

Cuscuta purgat virtute sua choleram, & confert stomacho, & aperit oppilationes venarum, & cōfert febribus longis. Et fortitudo operationis eius est melior, & fortior operatione absinthij. portio aquæ eius est quantitas libr. semis bullitæ, & colatæ. Et si quis vult bibere de aqua sua absque decoctione, oportet, quod apponat cum eo de zuccharo bono. vnc. decem.

Dofis. Forma preparandi cussii.

Purgat virtute sua choleram, & modus acceptionis eius est, quod sumatur de aqua sua sine bullitione pondus terræ partis lib. j. vsque ad ij. partes lib. cum drach. x. zucchari boni, vel penidij.

Dofis. Modus preparandi cachille.

Purgat virtute sua aquam citrinam cum magna lenitate, sine læsione. Et sumitur de aqua eius sine decoctione, tertia pars lib. vsque ad ij. partes.

Dofis. Modus acceptionis capilli veneris.

Purgat virtute sua choleram à stomacho, & intestinis. & dosis eius est à drach. iij. vsque ad vij.

Dofis. Modus preparationis senæ.

Purgat humores crassos, & confert dolori schiæ, & lūborum, & infundi debet oleo amygdalarum dulcium, vel butyro. Et dosis eius est à drach. iij. ad 5.

Dofis. Modus preparationis abalgar.

Purgat aquam citrinam, cuius virtus est sicut virtus esulæ in corrumpēdo virtutem corporis, & purgat choleram fortiter. Et dosis eorum est à gra. v. ad vij. munda cum aqua, & melle cocto, laxant laxatione forti.

Dofis. Modus preparationis cartami.

Purgat virtute sua phlegma. hoc faciunt grana eius munda à cortice. Cuius dosis est granis est drach. xx. & oportet, quod proicias super eam lib. s. aquæ calidæ, & frica manibus, & cola, & pone in eis de penidijs albis drach. x. & potentur.

Dofis. Modus acceptionis linguæ bouis.

Purgat virtute sua cholerā, & confert pulsationi cordis,

dis, quæ contingit à cholera cum bolo armeno.

Modus præparationis myrobalanorum citrinorum.

Electio. Purgant virtute sua cholera, & conferunt stomacho, & qui vult ut eis eligat citrinos, apud viriditatem, & graues, plenos, & non crispas. Et dosis eorum est si fuerint decocti, vel infusi à drach. x. ad xxx. Et de his, qui non sunt decocti, vel infusi à drach. iij. vsque ad vij.

Modus exhibitionis myrobalanorum indorum.

Dosis. Purgant virtute sua melancholiam, & confortant stomachum. Et dosis infusorum, vel decoctionis est à drach. v. ad xx. Et de non infusis, vel decoctis drach. iij. vel v.

Modus exhibitionis myrobalanorum chebulorum.

Electio. Purgat in virtute sua melancholiam laxatione debili: & conferunt orificio ani. Eligantur declinantes rubori, & nigredini parum, qui sunt graues, & pleni. Et dosis infusorum, vel decoctionum est à drach. iij. ad x. Non decoctione infusorum à drach. j. vsque ad v.

Modus exhibitionis violarum siccarum.

Dosis. Purgant virtute sua cholera, quæ est in stomacho: & intestinis, & conferunt fumositatibus resolutis ab eis, & synanchia, quæ accidit pueris, quando ipsæ accipiuntur cum aqua. Et dosis earum est à drach. iij. ad vij. de succis: & si fuerint recentes accipiantur infusæ, vel decoctæ pondere drach. x.

Forma exhibitionis prunorum, & tamarindorum.

Electio. Purgant virtute sua cholera, & reprimunt acuitatē eius, & prohibent vomitum, & faciunt eum quiescere, & conferunt pruritui. Et qui vult eis ut eligat recentia, & multum acia. Et dosis aquæ eorum postquam fuerint decocta est pondus lib. s. veruntamen tamarindi sunt fortiores ad laxandum, & aciores; quare dosis eorum est minor dosi illorum.

Forma exhibitionis mannæ.

Electio. Mollicat virtute sua intestina, & lenit ea, & pectus lenificatione pauca, & eligatur alba, recens. Eius dosis sit ab aur. x. ad xx.

Forma exhibitionis casia fistulæ.

Dosis. Purgat virtute sua cholera adestam, purificat sanguinem, & clarificat eum, auferendo crassitatem eius. Dos est à drach. iij. ad x. Et eligatur, quæ est in canna eius, & color carnis eius est niger lucidus, & grauis.

Modus exhibitionis granatorum acrium, & dulcium.

Dosis. Granata expressa cum carne sua interiori purgāt cholera, & confortant stomachum sua stypticitate. Et dos aquæ eorum est lib. s. cum drach. x. zuchari boni.

Forma præparationis ammoniaci.

Electio. Confert dolori venæ sciaticæ. Et eligitur, quod simile olibano, cuius odor vergit ad odorem castorei, parum pingue, habens continuitatem partium suarum, mundū a ligno, amari saporis. Et dosis eius solius, aut cum alijs medicinis est pondus aur. j. ad aur. j. s. cum rob. infusio.

Modus præparationis opopanax.

Electio. Iuuamentum eius est sicut iuuamentum ammoniaci. Et eligitur illud, cuius superficies est citrina, & interiorius album, amari saporis, pingue, cito frangibile, fortis odoris, & caue a nig. Et dosis eius est à drach. s. vsque ad aur. j. infusum in rob.

Forma exhibitionis bdellij.

Dosis. Iuuat virtute sua ad tenesum, & ad excoriationem intestinorum, quæ accidit ex assumptione medicinarum acutarum. Et confert hæmorrhoidibus, & collectionibus interioribus, quando bibitur, & collectionibus extrinsecis, facto ex eo emplastro cum rob. dulci. Et qui misuerit eum cum medicinis acutis phlegma purgantibus, prohibet excoriationem eorum, & nocumentum ab eis. Et eligatur amari saporis, clarum visu, & lene, & frangibile, & boni odoris. Et quando proicitur super ignem, eius odor assimilatur odori bacca byzantiæ. Cuius dosis solius est drach. j. cum alijs medicinis drach. s.

Forma exhibitionis sagapeni.

Confert dolori colicæ, & ventositati intestinorum, & dolori ossis caudæ, & coxarum, & ischiæ. & purgat

A phlegma viscosum. Cuius dosis per se sumpti est drach. j. vsque ad aur. j. infusum in rob, aut in oleo amygdul. aut cum melle, & cum alijs medicinis à drach. s. vsque ad drach. j. infusi ut prius. Et eligatur cuius color interior declinat rubedini, & de foris albedini, & clarum, fortis odoris, & pungitui saporis.

Forma exhibitionis sarcocollæ.

Purgat virtute sua phlegma viscosum, & incarnat vlcera, & vestit ea corio, & contrahit viscositatem carnis, quæ est nutrimentum carnis, ex quo fit generatio, & in vlcere incarnatis, & prohibet humores nociuos descendentes ad oculos. Et qui vult ea uti, oportet quod eligat illam, cuius color est similis colori olibani declinans citrinitati, & quæ est amari saporis, & cito frangibilis, Cuius dosis est cum alijs medicinis drach. s. vsque ad drach. j. infusæ in roa. decocto. Et oportet, quod nunquam accipiat sola, sed semper permixta cum alijs medicinis.

B Modus exhibitionis prædictarum. iij. gummarum, qui est alius à prædictis.

Istæ gumma, quas nominaui hic, sicut ammoniacum, opopanax, bdellium, & sagapenum, quando debent alicui exhiberi, & ipse abhorret acceptionem earum in pilulis factis ex eis solis, & diligit magis acceptionem earum cum rob. tunc oportet, quod tu infundas eas in aqua bullienti, donec dissoluantur, & cola, & infunde oleum amygdalarum dulcium, & da in potu cum rob.

Modus præparationis salium, & proprietates eorum in purgando, & de aqua falsa.

Omnes species salis purgant phlegma, & mundificant stomachum, & dissolunt humores crassos. Et de virtute salis est, quod faciat descendere virtutes medicinarum solutiarum cito, & id, quod coagulatur in stomacho ex lacte ante sumitur in potu cum mellicrato. Et melior specierum salis est illa, quæ reperitur in minera. Et qui vult potare aquam salis, eligat sal mundum,

C quia melior est alijs omnibus, purgat enim phlegma, & malitiam, & humores crassos. Dos eius solius in drach. ij. vsque ad iij. cum aqua frigida. Et si tardabitur nimis laxatio eius, bibatur post ipsum, aqua frigida, quia laxabit, & stringetur venter eius, qui potauerit post ipsum aquam calidam, & post purgationem recipiat ius gallinæ ad frangendum acuitatem punctiois eius, & acumen, & ad prohibendum nocumenta eius à neruis stomachi, & intestinorum. Sed aqua maris oportet, quod potetur sola, sicut sal, de quo dixi. Et sunt qui bibunt eam cum oxymelle misto cum vino bono, & dulci, & bibunt post purgationem eius elixaturam gallinæ, & dosis eius est à iij. lib. vsque ad lib. s.

Forma purificandi aquas turbidas.

Accipe ollam magnam, & imple eam aqua illa, & construe super orificium duo ligna secantia se in modum crucis, & pone super illa ligna vellus lanæ mundum, & multa ablutione, ablutum, & accende ignem sub olla leuem: & quicquid imbibitur in vellere ex vapore, qui eleuatur ab aqua exprime, & serua, fac hoc quandiu aliquid ascendit ab aqua. Et quidam destillant eam sicut aqua rosa. Et sunt, qui clarificant aquam ponendo super eam aliquid anethi, aut amyli, aut farina, quoniam ista descendunt, & trahunt secum ad fundum vasis crassitatem aquæ, & sic clarificatur aqua.

Modus faciendi almuri.

Almuri purgat phlegma viscosum, & incidit eum, & iuuat in dolore colicæ quando miscetur clysterijs cum medicinis conuenientibus, & sumitur in cibo pro dolore ischiæ, qui fit à phlegmate, & est subtilius, quàm sal, & quàm sal nitrum, & quàm aqua piscium saliorum veterum, & virtus eorum est debiliior virtute eius, cuius operatio est in hunc modum. Accipe de farina hordei partes ij. salis partem j. confice cum aqua, & fac focatias azymas; & pone in furno, & dimitte ibi donec comburantur intus, & extra: deinde extrahe à furno, & diuide quamlibet earum in tres, vel in quatuor partes,

tes, & pone in olla magna munda, & cooperi aqua, & pone cum eo de cissolionibus palmarum plenā manum, & pone ollam in furno panis principio noctis vsque mane. Et sunt, qui coquunt panem cum aqua super ignem vsque ad consumptionem mediæ aquæ, & tollunt, & ponunt in aquam ex melle secundum voluntatem eorum ad frangendum falsedinem eius, & seruant, & hoc est, caput almuri. Et qui vult facere almuri secundum minus, primo ponat super residuum panis mediā quantitatem aquæ, quæ primo posita fuit, & cū olla mittat in furnum vsque ad consumptionem duarum partium aquæ, & colet, & seruet. Et sunt, qui miscent almuri secundum cum primo, & seruant necessitati ad comedendum, vel ponendum in clysterijs. Et in almuri sunt operationes longæ aliæ ab ista, quam dixi, quæ sunt idoneæ comestitionibus Regum: & nō oportet rememorari eas in hoc loco, quia sufficit nunc de modo isto, quantum ad medicinæ necessitatem.

Modus faciendi oleum rosæ, & oleum stypticum, & seruandi ipsum secundum doctrinam Dioscori.

Modus stypticandi oleum, & faciendi oleum rosæ, est, quod accipias schœnanthi lib. v. vnc. viij. olei oliuarum lib. xx. & vnc. v. tere schœnanthum, & confice cū aqua. Et adde de aqua tantum, quod ipsum cooperiatur, & coque cum oleo, & misce in tempore coctionis, & aufer ab igne, & permittitrefrigidari, & cola, & serua, & fac ex isto oleo, oleum rosæ.

Et ego narraui operationem eius in libro oleorum. Forma stypticandi oleum ad faciendum oleum de lilio.

Accipe olei lib. ix. vnc. v. calami aro. lib. v. & vnc. v. myrrhæ aut. tere calamum aro. cum vino bono: & bulli tantum in oleo, deinde cola super lib. iij. s. ex carui agrestis, & est cordument, quod primo tristi, & infudisti in aqua pluuiæ, & dimitte quousque bene imbibatur in oleo, & exprime, & cola, & serua ad faciendum oleum de lilio.

Forma stypticandi oleum ad faciendum oleum de narcisso.

Accipe olei lib. ix. & vnc. v. darisafam lib. vj. & vnc. ij. tere darisafam, & infunde in tanta aqua quantum est oleum, & accipe calami aro. lib. v. vnc. viij. & deinde accipe frustum, & tere, & cibra, & coque: & cola, & serua necessitati ad faciendum oleum de narcisso.

Forma stypticandi oleum ad faciendum oleum de Nil.

Accipe olei abluti partem. j. aquæ pluuialis partem. s. projice partem aquæ super oleum, & in alia infunde species, quibus vis stypticari oleum, & misce. Accipe ergo darisafam lib. v. s. calami aro. lib. vj. s. myrrhæ lib. ij. carui agrestis lib. iij. & vnc. ix. olei lib. ix. tere darisafam, & infunde in aqua, & projice super oleum, & bulli. similiter myrrham infunde in vino boni odoris, & tere calamum aro. & pone myrrham, & confice, & aufer darisafam ab oleo, & pone calamum aro. confectum cum myrrhâ, & bulli simul. & postebullitionem sufficientem cola ab his. & projice super carui agreste oleum colatum postquam tristi carui, & confecisti, & misce semper, donec infrigidetur, & cola totum, & serua necessitati ad faciendum oleum de Nil.

Forma albificandi oleum ad faciendum omnia olea, & nominatur oleum compositum.

Iam dixi albificationem eius in libro operationis oleorum, & modus operationis eius est, quod tu accipias de oleo boni odoris, & saporis, & pone in olla. & misce cum aqua calida, deinde pone in Sole quousque albescat, deinde pone in Sole quousque separatur oleum ab aqua, & collige oleum de superficie aquæ cum cochleari, & repone. Et si fuerit album vna vice, bene, & si non, iterum repone in aqua sicut prius, & misce secundo, & donec albescat. Et sunt, qui albificant in hunc modum. Accipe vas vitreatum intus, & extra, & fac foramen in fundo eius, deinde pone digitum super foramen, & super os vasis, & agita vas cum oleo, & aqua. agitatione forti: & dimitte per horam, scilicet quousque separatur oleum ab aqua, & nater oleum sub aquam, tunc

aufer digitum à foramine vasis quousque egrediatur aqua, & incipiat egredi oleum, tunc oppila iterum foramen, & pone aliam aquam calidam super oleum, & agita sicut prius. Et hoc fac tandiu, donec oleum albescat secundum voluntatem tuam.

Forma lauandi oleum sesaminum.

Oportet, q. projicias aquam dulcem super eū, aut bullias primo vna ebullitione cum igne leui, & coles, tunc projice super aquā dulcē, donec eleuetur pinguedo eius. & serua necessitati, quando pinguedo eius fuerit ablata.

Modus faciendi oleum de lateribus.

Ego dixi iuuamentum eius in libro de oleis. Accipe lateres rubeos nouos, quos aqua non tetigit, & frange in frustra pusilla circa quantitatem vnc. j. & pone eos in igne, & dimitte ibi, donec inflammentur vltima inflammatione, & fiant candida, deinde singulariter vnum quodque frustum per se extrahe ab igne, & subito submerge in oleo vetustissimo, quod iam paratum posuisti iuxta te in vase, & cum extincta fuerit extrahe ab oleo, & cum hoc feceris de omnibus frustis, tere eos tritura crassa, & pone in vase vitreo, vel terreo, & vitreato, quod possit ignem sustinere, vel in pluribus si habes parata

vafa, & sint vafa ista idonea facta cum suo coopertorio, & nominantur ventres, quia sunt rotunda in inferiori parte, & extensa ad superiora, quemadmodum nouerunt illi, qui occupantur in arte alchimie. Et cum posueris in eis de lateribus tritis, sicut dixi vsque ad ij. partes vasis, vel plus, claude vasa cum suo coopertorio habente nasum, sicut est id, cum quo fit aqua rosæ. luta bene vasa ad inuicem cum argilla, & pilo: deinde adifica fornacem sapienter: ita quod possis ordinare. iij. vel iij. vasa, & cum deficcatum fuerit lutum, quo lutaisti, vasa ordinentur in fornace, sicut fit in aqua rosæ. nisi quod inter ista, & ignem nullum debet esse medium: deinde accende ignem leuem sub vasis à principio, & post auge paulatim ignem, secundum quod videris vasa calefieri, quoniam propter hoc saluantur vasa à crepatura, nam timendum est, ne frangantur, si subito nimis fieret ignis fortis à principio. cumque videris exire aquam per nasum vasis, collige eam per se, si vis, & auge ignem, donec videas oleum egredi rubeum, quod recipias in vase mudo. Caue ne ignis, seu flamma appropinquet illi oleo, quia cito accenderetur, & non cito extingueretur, & quando nihil emanabit de oleo aufer ignem, à furno, & dimitte infrigidari, & aperi vasa, & extrahe fecem ab eis. Quæ si fuerint sanæ, pone iterum de lateribus sanis in eis. Sin autem, reuertere ad opus tuū cum alijs, nouis, sicut prius, quousque habeas oleum quantum vis, & repone ipsum in vase vitreo stricti orificij, cuius orificium oppila bene cum cera, & terra: quoniam si haberet respiraculum euanesceat, & egrederetur totum à vase, propter subtilitatem suæ substantiæ. Serua ergo eum, & vtere in agitudinibus frigidis, sicut epilepsia, apoplexia, grauitate auditus, & arthretica frigida. cuius iuuamenta dixi in lib. de oleis, & est de secretis Philosophorum.

Forma operationis medicinæ, qua vti poteris, quando non habes thuriā.

Accipe folia oliuæ syluestris, pone ea gradatim in vase terreo, & coopert orificium vasis cum argilla, & pilo, & pone in furno figuli, & dimitte ibi à principio decoctionis vasorum, quousque vasa figuli sint cocta, & pone ollam in loco, vbi fuerit ignis fortior, & cum infrigidabitur furnus, extrahe ollam, & accipe quod est in ea de cinere, quam si non inueneris petrificatam, ita quod sint frustra, tere, & abluce in Sole calido cum aqua sape, & accipe lubtile, ex eo, & serua, & vtere in medicinis oculorum, quia ista medicina non habet pretium, cui comparatur, propter iuuamenta sua: nam superat in iuuamento omnes species thuriæ in auferendo albuginem, & pannum oculi, & hoc est de secretis medicinarum.

Modus faciendi amyllum ex frumento.

Accipe de frumento bono, & nouo, & purga ab omni extraneo in eo. Et elige illud, quod est rubeum, & graue,

grauē, & color eius sit sicut color ceræ, & facias eum terri tritura crassa, scilicet solum frangi, & pone in vase terreo vitreato mundo, & pone super eum aquam, ita quod cooperiatur, & superet duobus digitis, vel tribus digitis; & dimitte per noctem. In mane vero exprime cum manu bene, quousque descendat amyllum totum, cola, & projice substantiam, & dimitte aquam in olla, quousque descendat amyllum in fundo ollæ, & aqua supernatet. Tunc ejice aquam suauiter, ita quod ex ea nihil remaneat, & exicca cum modico coto; fiat hoc in tempore aestiuo, & siccat, ne acefcat, & destruat, & cooperi ollam cum panno subtili, ita quod nihil cadat intus; post modum cum erit siccum repone in vase stricti orificij obturando os vasis, ne aliquis vermiculus ingrediatur, vel aliquid aliud. Si autem fiat in hyeme magis oportet custodiri, ne acefcat, quia oportet ut fiat ingenium, ut cito siccat in Sole, vento, vel prope ignem, Et secundum hunc modum fiat amyllum ex rizo.

Forma faciendi amyllum ex hordeo.

Elige hordeum quod est melius, grauē, lenius, propinquum suæ messi, & facias ex eo, sicut docui te facere ex frumento æquali disciplina, nisi quod oportet, ut coletur colatorio crassiori, quia multum habet de fursure, & propter suam crassitatem.

Forma faciendi amyllum ex orobo.

Accipe ex orobo quod habet pinguiam grana propinquum suæ collectioni, & quod euasit suam perforationem, & tere ipsum tritura crassa, scilicet frange, & exuffla ab eo corticem, ita quod non remaneat nisi caro eius. Et pone super eum aquam; & dimitte vi. horis, projice illam aquam ter, vel quater, quousque clarificetur aqua, & remaneat corpus suum mundum sine acumine, & fursure, & tunc dimitte eum in aqua, qua cooperiatur vna nocte; in mane vero malaxa cum manu, quousque dissoluatur ex eo lac eius, et dimitte lac in vase, quousque aqua supernatet, quam ejice suauiter, & expone Soli donec exiccet, & serua.

Modus faciendi far, seu similam ex orobo.

Accipe de orobo bono sicut dixi, & dimitte in aqua longo tempore, & post ejice aquam illam, & dimitte donec consumpta sit aqua illa, quæ est in eo absque quod siccentur grana; deinde facias bulliri in aqua alia, donec crepent grana, & separent se à cortice eius, & tere tritura crassa, & exuffla ab eo corticem eius, & serua.

Modus faciendi penidios.

Penidij sunt ex melle cannæ, & ex puluere zucchari, & fiunt etiā ex zuccharo bono forti sicco, albo, & mundo. Et modus est, quod accipias zuccharum lib. j. vel ij. vel ad plus, quia non possunt bene fieri in multa quantitate, & pone in vase æneo stannato, vel in vase terreo interius vitreato, cuius os sit latum. Sed vas æneum est melius satis, & liquefac zuccharum cum tanta quantitate aquæ dulcis, qua cooperiatur, & si zuccharum est forte, pone cum eo pro qualibet lib. eius vnc. j. mellis, & destilla super ipsum de oleo amygd. dul. si habes; & si non habes, mitte loco eius aliud oleum, & pone vas super ignem exprunis sine fumo, & misce semper æqualiter, & coque quousque sit prope consumptionem aquæ. Et experire proiecta gutta ex eo super marmore, & cum digitis. & quando inueneris, quod fiant fila inter digitos, siue adhaerentia, oportet cito auferri ab igne, & projice extendendo super petram marmoris, postquam vnixisti eam oleo amygd. dul. sesamino. Et collige partes eius vndique cum suo calore, & in quantum possunt sustinere manus operantis, postea trahere, & extende inter manus, sicut trahuntur electuaria dulcia, & fige clauum curuum ad superiora in pariete, & projice super eum, & trahere à clauo apponendo super eum, & trahendo sicut trahuntur electaria dulcia, quousque dealbetur in fine suæ albedinis; & appone iuxta ignem quandiu traxeris, ut calefiat, & fiat obedientior extensioni, & iterum appone clauo trahendo, ut albescant quantum volueris, deinde incide cum forcibus ad voluntatem. Et si volueris facere formas rotundas, vel

A oblongas, vel alias diuersas, accipe de amylo albo, & tere, & pone super marmore, & extende super ipsum de pasta illa penidiorum, & plica, & volue; & incide, & fac quascunque formas volueris, tamen cito facias, ne infrigidetur inter manus tuas; deinde pone super cribrum, & pone iuxta prunas ad horam, & aufer, & dimitte donec infrigidetur, & serua. Et qui vult eos facere ex puluere, liquefaciat eam in aqua sicut prius dixi, deinde colet ab arena, & ab alijs superfluitatibus, & coquat, & faciat, sicut dictum est. Et qui facit eos ex melle cannæ, caueat ne sit nimis forte, & si est, ponat in eo de zuccharo albo, quantitatem ij. partium eius, & parum aquæ, colet, & coquat, & faciat secundum disciplinam supradictam. Et si mel est subtile, oportet, quod ponat medietatem eius de zucch. Et sunt qui ponunt ex melle duas, & de zucch. tertiam, & coquunt, & faciunt, ut dixi. Et sunt etiam, qui faciunt penidios secundum alias formas diuersas ab istis, scilicet ponentes supra eos, aquam ros. & parum camphoræ ad æquandam virtutem eorum.

Modus faciendi aquam rosatam.

Aquæ ros. operatio scita est apud multas gentes. Sed ego proposui narrare operationem eius in hoc libro propter duas causas. Vna est, quæ conuenit tractatui huius libri ad hoc, ut sit completa scientia nostra in eo. Et secunda est, ut ostendam operationem eius illi, qui nescit eam, & illi qui vult eam facere. Et operatio eius est secundum iij. modos. Vnus modus est eius, quæ fit cum aqua, & ignis eius est ex lignis. Et quæ fit cum aqua etiā, & ignis eius est ex carbonibus. Et quæ fit sine aqua, & ignis eius est ex lignis. Et quæ sine aqua, cuius ignis est ex carbonibus. Et illa, quæ fit cum aqua, & cum igne ex lignis, est illa, quæ sæpius fit; & est generalior, quam plures homines faciunt in nostris partibus, & ista est minoris odoris, quàm illa, quæ fit cum igne carbonum. Et illa, quæ fit sine aqua, cum igne carbonum est maioris odoris satis, quàm quæ fit sine aqua etiam cum igne lignorum. Et quæ fit sine aqua, & cum igne lignorum, minoris odoris est: quàm quæ fit cum aqua, & igne lignorum. Sed modum operationis eius, quæ fit cum aqua, & igne lignorum, ego monstrabo secundum formam, quam faciunt reges Aharach. Et hic est modus eius. Facias berchile paruum in domo ampla, cuius fundus, & latera sint ex plumbo, adeo discrete simul solidata, ut aqua non possit egredi ab eo: & facias sibi cooperitorium ex vitro cum sagacitate, vel ex terra vitreata, & in eo forma secundum formam vasorum destillationis c. vel cc. secundum quantitatem magnitudinis berchilis, vel paruitatem eius, secundum voluntatem tuam faciendi multam, vel paucam aquam ros. Deinde pone ollam magnam ex ære, vel cacabum post parietem, iuxta quā posuisti berchile secundum formam ollæ balnei, & construe eam super furnum, & berchile sit constitutum super furnum inferius ab olla, ita quod applicet de calore ignis berchilis ad ollam. Et facias caminum cum foraminibus, per quæ possit fumus extra domum egredi, ita quod fumus totus à domo egrediatur, & non noceat aquæ ros. deinde imple ollam ex aqua, quæ fit in puteo facto iuxta ollam, sicut est puteus balnei, & accende ignem sub ea, quousque bulliat aqua bene. Deinde dimitte venire aquam per canale, quod fecisti per discretionem ad barchile, deinde pone aliam aquam frigidam in ollam ex puteo, sicut in olla balnei fit, & construe in berchile canale, per quod egreditur aqua, quando fuerit plenum, & sit exitus eius extra domum, deinde pone cucurbitas, siue ventres, & sunt vasa destillatoria in foraminibus berchilis; & stringe cum panno lini discrete, ita quod bene sedent in foraminibus suis, & vapor aquæ non egrediatur extra. Similiter, & capita eorum stringes cum panno lini. Et sint vasa ista ex vitro, vel ex terra vitreata, deinde pone rosas intus, & cooperi cum cooperitorio suo, & super pone vnicuique vasi phyalam suam ad recipiendum, quod destillabitur ex aqua ros. & super pone alias recentes, quousque compleatur totum opus, quando finietur destillatio eius, projice rosas primas.

Et

Et scitū est, quodd aqua ros. quæ fit ex rosis syluestribus, quæ oriuntur per se sine irrigatione aquæ est melioris odoris, quàm quæ fit ex rosiis domesticis, quæ nascuntur in locis cultiuatis, & rigatis aqua. Et operatio eius, quæ fit in terra nostra, est ferior, & breuior, quàm illa, quam dixi. Et est, quodd accipias ollam ex ære, sicut est olla tinctorum, & pone post parietem, & pone super eā coopertorium discretum factum cum foraminibus, in quibus ventres ponuntur, & pone in eo ventres cum sagacitate, & postea imple ollam aqua, & accende ignem sub ea cum lignis ex vite, vel similibus, & fac destillare. Et quando mediabitur destillatio, oportet, quodd cooperias os furni, donec compleatur rota destillatio. Et qui vult loco lignorum componere carbones, aqua magis erit odorifera. sed operatio eius sine aqua, & cum igne carbonum est, quodd facias furnum quadrum, aut rotundum, & habeat coopertorium superius, super quod stabunt ventres ex terra vitreata, vt possint sustinere ignem, & quando accendentur carbones, & incipiat aqua ros. destillare, claude os furni, & dimitte foramina aperta, per quæ fumus egrediatur, & dimitte sic donec fuerit destillata rota, deinde abiectis primis ros. pone alias recentes.

Modus alius qui vult destillare paucam aquam.

Accipe ollam ex ære, & imple eam aqua, & pone super latem ignis, & pone super os eius coopertorium perforatum foraminibus duobus, vel tribus, vel pluribus, aut paucioribus ventribus, secundum quodd poterit capere coopertorium olla, & sint ventres ex vitro, & accende ignem ex fermentis de vitibus, vel carbonibus sub olla, donec bulliat aqua, quæ tunc destillatur aqua ros. in vna vice, vel duabus, quanta volueris.

Modus faciendi aquam rosaceam cum muscho.

Accipe aquæ rosacæ libr. ij. & pone in ea de muscho trito bono aur. j. & pone in ventre destillationis de vitro facto, & destilla paulatim, sicut dixi supra, quousque tota destilletur, & repone eam in vase vitreo, & stringe os eius, quia bona est regibus ad odorandum, quando li-
niunt ex ea pannos suos, vt sint odoriferi.

Modus faciendi aquam rosaceam cum croco.

Accipe ex croco bono vnc. semis. & libr. ij. aquæ ros. & pone crocum in aqua ros. & infundatur in ea bene, deinde destilla sicut dixi, quoniam bona est ad ponendum in medicinis, & odorandum, & ornandum in decorationibus.

Modus faciendi aquam rosatam cum garyophyllis.

Accipe vnc. j. garyophyllorum. & libr. j. s. aquæ ros. & pone garyophylla in aqua illa die, & nocte, & postea destilla sicut dixi, & serua.

Modus faciendi aquam rosatam cum camphora.

Accipe vnc. j. camphoræ. & pone libr. j. aquæ ros. & destilla, & serua: & vt ere in medicinis regum. & secundum hunc modum fit aqua ros. cum sandalis: & alijs speciebus, cum quibus volueris. Et sunt, qui destillant hæc omnia simplici loco aquæ rosacæ.

Modus faciendi aquam rosatam cum rosis siccis.

Accipe de rosis siccis, & pone super eas aquam, quam infundantur solū, & non plus, deinde imple ex eis ventres vitreos, seu plumbeos, & destilla paulatim cum discretione, quia erit conueniens in medicinis, & decorationibus. Et dixit mihi quidam, quod posuit in libr. j. ros. siccatum libr. x. aquæ, & fecit destillari, & fuit aqua ros. satis bona; sed non faciunt istam, nisi in necessitate, quando non reperitur alia.

Modus faciendi ramich.

Accipe de passulis bonis rubeis libr. ij. & pone super eas aquam ad pondus earum, & coquantur, postea cola cum expressione, & projice substantiam; deinde accipe libr. ij. mellis optimi, & misce cum aqua passularum: & libr. j. olei sesamini, vel sambucini, & bulli totum simul quousque sit prope coagulationem, & caue, ne de-

seccentur. quodd si incipiant desiccari, adde parum aquæ, ne adurantur; deinde accipe casig. lig. ros. cinnamomi an. tantum quodd summa sit libr. j. & gallarum libr. x. tere, cribra subtiliter, & confice cum aqua passularum, & melle in olla, & pone ollam super ignem suauissimum, & dimitte quousque conuertatur ad modum pultis factæ ex farina; deinde extende medicinam hanc super sextarium ad Solem, donec propinquet coagulationi, & sit idoneū ad operationem, deinde pone super marmore vincto oleo de cheyri vel de zambach, & vnge manus tuas ex eodem oleo, & fac trochiscos, si vis facere ramich.

Modus faciendi trochiscos de gallia.

Sed si vis facere trochisc. alios de suc. i. de gallia. Accipe de musco quantum vis, & tere bene, & malaxa cum eo sicut malaxatur pasta dura, ex qua fit panis, & fac troch. magnos, vel paruos, quos extende super cribrum ex fetis, & dimitte duobus, vel tribus diebus, donec sint rubei; deinde perfora eos, & pone in eis filum, & interpone in medio ipsorum frustula ligni similiter perforati, ne se contingant; & suspende in loco, vbi non tangantur à rore, vel re nociua. quando autem transuerit super eos, annus, erit gallia bona, & quanto amplius tempus habuerit, tanto erit gallia melior. Et galliæ quatuor sunt species: scilicet gallia ex muscho, & gallia ex ventribus, & ex corio, & ex aqua. Operatio galliæ ex muscho est illa, quam dixi, & iterabo operationem eius breuiter. Quando ramich fuerit siccum, est quodd accipias ex muscho, & teras ipsum per se, & teras ramich per se, & cribra cum cribro mediocri: & projice super ipsum muschum, & malaxa in vase, quod arabice dicitur salachia: cum oleo de cheyri, aut de zambach, & fac troch. & pone super cribrum, donec siccentur: & perfora eos: & intro-
mitte filum per foramina eorum, suspende, & sicca vt dixi. Sed operatio galliæ ex ventribus, est, quodd accipias ventriculos, ex quibus extractum est muschum: & incide eos cum forcibus vltima minutione, & facias sicut fecisti de muscho cum ramich; & hæc est gallia ex ventribus. Et operatio galliæ ex corio, est quodd accipias corium pilosum, quod est super marsupium, à quo extractum est muschum, & tunde pilos eius cum forcibus bene, & postea rade eū cultello acuto, vel vitro: & quære bene radices pilorum, ita quodd nihil de eis remaneat, sed fiat sicut corium: deinde incide cum forcibus subtilissime, & tere, & cribra cum cribro subtili: & fac totam operationem, sicut fecisti in gallia cum muscho, & in gallia ventrium. Et operatio galliæ ex aqua est, quodd accipias ex ventriculis muschi, quos prædixi tibi cum toto corio piloso, & incide cum pilo tuo postquam erunt vacui; & pone in vase vitreo simili vtrinali, & projice super vnamquamque bursam, seu ventriculum libr. ij. aquæ, & pone in Sole xx. diebus, & cola aquam, deinde tere ramich, & cribra, & confice cum aqua ventriculorum: & fac trochiscos, sicut fecisti de gallia muschata, & alijs, & suspende per annum integrum, ita, quodd non trahantur manu, quia tunc recedet sctor eorum, & remanebit bonitas eorum. Et tempus faciendi gallias omnes, est tempus veris, & oportet, quodd non fiant tempore hyemis, quia remaneret in eis humiditas, & destruerentur, & ipsa non reciperent odorem specierum, nisi sicarentur bene, & scias hoc.

Modus adurendi ramulos arborum, & radices, & folia quacunque ex eis egent combustione.

Et de ipsis est modus combustionis farmentorum vitis, quæ quidem oportet comburi, quando de nouo sunt amputata, & habent in se satis de humiditate. Accipe ergo ea, & absterge bene à terra, & laua bene cum aqua, donec nihil remaneat in eis ex terra, vel alia putredine, deinde imple ex eis ollam magnam, quantum oportet, & claude eam cum coopertorio perforato, vt fumus eorum inde egrediatur, deinde pone in furno panis, à iero, vtique ad mane, & extrahe ollam, & videbis farmenta facta sicut carbones; tunc tere ergo eos bene, & pone eos in olla minori prima, & pone iterum in furno; & facias hoc.

hoc fape, donec intuenies cinerem album, bonum, lenem tactu, quem serua necessitati. Et in hunc modum comburuntur ligna ficus, & lentisci, id est carui, & terebinthi, & radix cannæ: & omnia folia, & cortices, & radices, & cortices auellanae, & castaneae, & gladii, quando volueris ex eis cineres facere. Et qui vult ea comburere cum minori artificio, & minori labore, oportet, quod fiat simile huic in omni re; cuius combustio est necessaria in operatione medicinae.

Forma assandi myrobalanos citrinos, chebulos, indos, belliricos, & emblicos, pro illis qui emittunt sanguinem, & habent hæmorrhoidas, & dysenteriam, & tenesum.

Oportet, quod imbibas myrobalanos in aqua cytoniorum, id est succo, aut granatorum acetosorum, aut in succo vuar acerbæ, aut citri: aut in aqua, ubi decocti sint berberi, aut lentes, aut ubi coctum est lapatium acutum, deinde desicca eos bene, & madefac in oleo rosato, vel in oleo de lentisco, & est de zatur, aut oleo malthichino, vel butyro, vel oleo oliuæ; deinde assa super patellam ferream, vel testam calefactam primo. & caue ne adurantur, & destruantur virtus eorum.

Modus assandi semina, quæ administrantur in medicinis fluxus ventris, sicut sunt semen portulacæ, nasturcij, althææ, plantaginis, psyllij, grana myrti, carui, anisi, cymini albi, & grana granatorum, semen lini, marrubij, & similia.

Accipe patellam ferream, aut terream, aut æneam, aut lebetem cum lato orificio, & calefac eam bene, deinde aufer ab igne; & statim cito superpone semina, dum ipsa est calida, antequam infrigidetur, & commisce eam semper, donec videris assationem eius completam ad voluntatem tuam, & si non fuerit completa, vna vice, pone iterum patellam super ignem sine feminibus, donec calefiat, & pone semina desuper, cum abstuleris eam ab igne, & fac ut prius, & caue ne comburantur.

Et non opponas ad assandum omnia semina, & plura simul, sed vnamquamque speciem per se, quia sunt quedam semina, quæ sunt minora alijs, & quedam crassiora, & quedam habent multam viscositatem, & quedam paucam. Et sunt ex eis, quæ debent amplius assari, sicut psyllium. Et sunt ex eis, quæ parum, sicut carui, & anisum, & cyminum album; & ita de alijs, secundum quod oportet cuique speciei.

Forma assandi tragacanthum, gummi arabicum, & omnes alias gummas.

Qui vult assare gummi arabicum, frangat eum in frusta ad magnitudinem orobi; deinde accipiat patellam, & calefaciat eam, & auferat ab igne, & ponat super eam gummi arabicum, & misceat bene sine intermissione, donec albescat, & si non albescit prima vice, fac iterum ut prius, donec sit album. Eodem modo facias ex tragacantho, & gummi amygd.

Forma assandi charabæ, & comburendi.

Frangitur sicut dixi fracturis paruis, & assa vna vice, vel duabus, & serua. Sed combustio eius est in hunc modum. Accipe ollam fictilem, & pone charabæ intus, & claude os eius cum luto; & pone in igne athanor vna nocte, deinde extrahe, & tere, & vtere.

Forma assandi gallas, qui vult eis vti in capillis.

Frangere vnamquamque gallam in iij. vel v. partes, & infunde eas in oleo oliuarum vna hora; deinde assa secundum disciplinam myrob. & aufer cito cum sagacitate, ne comburantur, & destruantur. Et qui vult frangere stypticatem earum, infundat eas in butyro, vel

A oleo sesamino, & terat: & seruet siue assatione. Et qui vult frangere stypticatem earum imbibat eas in aqua cytoniorum, aut cum vna aquarum stypticarum, quas dixi: aut succo styptico, & seruet.

Forma comburendi fecem vini, & aceti.

Accipe fecem vini, & munda, & desicca eam in testeo vase super ignem magnum, & dimitte donec comburatur. Et signum combustionis eius est, quando mutabitur color eius in albedinem, & pugit linguam cum inflammatione. Et combustio fecis aceti fit in hunc modum. Et virtus vtriusque adusta est, quod desiccat multum, & sunt absterfuiæ, & auferunt carnem superfluum ab vlcerebus, & sunt styptice, & purificant purificatione forti.

Modus conficiendi sarcocollam.

Accipe de sarcocolla bona, alba, crassa, & pone in vase vitreo ampli orificij, & demulge super eam lac asinae quantitate pauca, scilicet ne infundatur in ea, ut liqueat, sed remaneat quasi sicca, & pone subito in Sole, ut cito desiccetur. Et quando erit sicca, oportet, quod iterum mulgeas, secundum quantitatem quam dixi. Et semper caueas, ne cooperias eam lacte, ne acescat lac antequam desiccetur, & destruat, fac ita quater, vel quinque, & cum hoc feceris, sicca bene, & serua. Et si non habes lac asinae paratum, fac cum lacte mulieris, quia est melius. Et sunt qui conficiunt cum lacte equæ, capræ, & alijs speciebus lactis: sed lac mulieris est preciosius.

Forma conficiendi carui cum lacte, ad fluxum ventris.

Accipe de carui, & pone in vase mundo, & pone vas super ignem vna hora, donec sit ferè calidum; deinde infunde super eum lac capræ quantitate qua cooperiatur, & dimitte duabus horis, & extrahe, & sicca, & serua.

Forma conficiendi myrobalanos emblicos cum lacte.

Accipe de emblicis melioribus, & pone super eos lac acetosum, & dimitte sic die, & nocte. & quando lac desiccabitur, pone iterum aliud lac, donec sint infusi ad voluntatem tuam.

Forma conficiendi cordumeni, & cyminum, in aceto ponendum in confectionibus.

Accipe cordumeni, aut de cymino nouo al. & purifica à lignis, & à sorde, & pone in olla lapidea, & cooperi cum aceto forti, cuius quantitas sit ita, quod totum imbibatur à cymino, & nihil remaneat; deinde extende eum super sextorium in umbra, donec sit prope exiccatione, & postmodum assa eum super patellam ferream, secundum disciplinam, quam narraui tibi in assatione seminum.

Modus purificandi, & colandi gummi arabicum, & tragacanthum ad ponendum in aleofol.

Accipe de gummi arabi. & tere triuita crassa, ne terantur cum eo ligna eius, & pone in olla vitreata, & cooperi cum aqua clara, & munda, vel cum aqua ros. & dimitte per noctem, & in mane aspice, si est necessaria alia aqua, & adde, & si non, misce bene cum manu, donec totum liqueat, & projice eam super cribrum mundissimum, & duc cum manu hinc inde, donec descendat de cribro totum colatum. Et sunt qui desiccant, & seruant desiccatum. Et sunt qui vtuntur, sicut sunt.

Modus praparandi opium, quod administratur in collyrijs.

Accipe laminam æream, aut caciā lancis, in qua ponuntur res, quæ pèsantur, & pone eam super prunas, donec bene calefiat: & aufer ab igne, & pone ibi subito de opio mundo. Et quando videris eum liquefactum, aufer, ne desiccetur, ne fiat frangibile; & refrigera, & vtere.

Modus praparandi tragan. quando volumus ipsum ponere in loch.

Oportet, quod liqueat in melle, & aqua die, ac nocte, & si in mane oportuerit, quod addatur de aqua, fiat; & si non, misce cum manu, & cola, & fac sicut sciuit de gummi arabico, & vtere.

Forma comburendi olibanum, & accipiendi fumum eius.

Accipe de olibano bono, & claro, & accende cum lumine

mine candelæ, & pone in olla terrea vitreata, quousque comburatur; deinde cooperi ollam subito, colligatur olibanum prius combustionem eius; quia si non oppilares ollam, subito conuerteretur in cinerem. Et sunt, qui in hora combustionis cooperiunt ollam coopertorio arco habente culum ad colligendum fumum eius.

Forma colligendi olibanum, quod ponitur in alcosol.

Verum forma collectionis fumi eius est, quod apprehendas frustum olibani cum toto suo cortice cum forcibus, & pone flammam, ut accendatur; & projice in vas terrenum paruum, quod habeat coopertorium ex are delicate factum, & non oportet, ut tu accendas granum secundum, antequam extinguatur primum granum, & oportet quod coopertorium sit taliter situatum super os vasis, quod cognoscatur qualiter, & quantum colligetur ex fumo in eo operculo; & est quod interponas lapillum inter labium vasis, & cooperculi tantæ crassitudinis, ut per illam distantiam, videre possis collectionem fumi. & rora super coopertorium cum spongia, vel pecia madefacta in aqua frigida, ne coopertorium nimis calefiat, & iungatur vnus fumus cum alio. Nam si hoc non fieret fumus propter calorem cooperculi conuerteretur ad inferiora, & misceretur cum cinere olibani, & non colligeretur tantum. Et virtus fumi eius est, quod ipse sedat apostema oculi, quod dicitur sarcan. Et hoc modo colligitur fumus myrrhæ, styracis, & galliæ, & omnium specierum gummi.

Forma accipiendi fumum picis liquidæ.

Accipe crucibulum, seu lucernam ferream, vel terream: & pone in eo licinium, & parum picis, & accende licinium, & deinde cooperi super flammam luminis eius coopertorio terreo, interius vitreato, & sit forma eius similis furnulo habens culmen, cuius summitas tendit in acutum, & sit stricta, & summitas eius habeat sicut foramen athanor; & dimitte sic flammam sub coopertorio, nam fumus eius adhærebit parietibus cooperculi, & quando pix minuetur, adde picem aliam, & facias hoc tandiu, quod colligatur ex fumo quantum volueris. Et caue, ne nimium calefiat coopertorium, & fumus non adhæreat fumo, sed conuertatur ad inferiora; quia oportet, quod euentes cum stabello hora post horam, & virtus huius fumi est calida, & styptica. Et vsus eius est utilis valde in alcosol, & in medicinis oculorum. Et nos utimur eo in emplastris, & in debilitate oculorum, & lachrymis, & bothor, & ita accipiat fumus ex butyro.

Forma coquendi alchitram.

Sume vas terrenum oblongum, & lura cum argilla, & pilo; & pone vsque ad ij. partes eius de alchitram, & pone super prunas, & coque donec remaneat mediū eius, deinde sige lignum, seu acum ferream in ea, & extrahe ad aerem; nam si desiccabitur, seias, quod erit coctum, & tunc aufer ab igne, & desicca, & vtere.

Modus abradendi sandalum quod administratur in medicinis apostematum calidorum.

Sandalorum quoddam est rubeum, & est frigidius alijs; & aliud est citrinum, & aliud est album. Et illud quo magis vtuntur medici ad infrigidandum est rubeum, & vtuntur eo in medicinis podagræ calidæ, & medicinis furunculorum calidorum. Et modus eius est, quod accipias ex eo frustum, quod sua crassitie impleat manum tuam, & frica ipsum super ferrum drachini azarum, vel super petram duram, ne aliquid ex petra misceatur cum sandalo in fricatione. Et fuit consilium aliquorum, ut fricaretur super coram cerdonum, quia si aliquid ex ea dissoluitur cum sandalo non nocet, immo auget in frigore eius, & iuuamento, quia natura huius coris est frigida, & desiccatiua. Et oportet, quod destilletur super ipsum semper in tempore fricationis, aqua frigida, vel aqua rosata, aut de succis herbarum frigidarum, sicut succas solatri, & memithæ, & semperuiuæ, & lactuæ, & plantaginis; vel aliud simile alio-

rum succorum frigidorum. Et tunc habeas paropsidem mundam coram te, super quam facias fricationem, in quam descendit aqua, vel succus cum fricatione sandali, & quando descenderit de sandalo quantum volueris cum huius succo, & si de succo, vel de aqua nimis erit, dimitte descendere sandalum in fundo vasis, & projice superfluum, quod supernatauerit ex aqua, vel succo, & residuum collige, & vtere eo, in omni, quod oportet solo, vel composito cum emplastris, quia sedabit dolores calidos cum auxilio dei. Et quidam ex medicis, qui erant in nostris partibus, fricabant sandalum cum testa terrea, alba, noua, dura, & vtebantur in furunculis, & clauis; & dicebant, quod in testa alba erat proprietas conferendi furunculis. Et sunt etiam, qui fricant in mola fabrorum, qua acuantur gladij, & ita faciebant Aegyptij. Sed sandalum citrinum, & sandalum album fricant secundum eandem disciplinam, qua rubeum.

Modus extractionis mucilaginum ex seminibus sicut psyllij, & fenugraci sem. li. sem. maluæ, & radicem eius, & sem. althææ, & radicem eius, & sem. cytoniorum, & marruby, & ceterorum huiusmodi.

Modus eius est, quod accipias de bono psyllio quantum vis, & munda eum à terra, & à qualibet re extranea, & pone in olla munda, & pone super ipsum de aqua calida lib. iij. ad vnamquamque libram psyllij: aut plus, secundum quod tu volueris pinguis esse mucilaginem, vel subtilem, & dimitte simul per noctem, mane vero calefacias parum super ignem, & projicias in marsupium factum ex tela lini forti, noua, crassa, & stringe os marsupij cum ligamento fortiter, ne aliquid ex psyllio lubricet extra; deinde eum suspende super orificium ollæ vitreatae, & percutite marsupium ab omni parte, eum, cum virga lignea, vel ferrea subtili; & quod egreditur de mucilagine, trahere mulgendo ad inferiora cum virga, donec descendat mucilago in ollam. Et fac id, donec nihil egrediatur à marsupio; deinde dissolue os eius, & ligate iterum magis inferius à loco, in quo ligasti prius, & percutite iterum cum virga, quousque egrediatur tota mucilago, nam psyllium egrediatur totum sicut ex marsupio cum hoc artificio. Et secundum hanc formam sunt omnes alie mucilagines. Et sunt quidam, qui ponunt super semina aquam calidam; & miscent bene, & ponunt in panno, vel cribro; & ponunt donec tota mucilago egredietur. Sed primus modus apud me est melior.

Modus extrahendi mel ex anacardis.

Accipe de anacardis; & aufer pedem eorum, scilicet id quod adhæret ramo eorum, & pone in olla munda cum aqua, & bulli quousque super faciem aquæ videas natate sicut mel, quod colliges cum cochleari paulatim, quousque nihil remaneat de eo super aqua; quod repones, & serua necessitati.

H Forma extrahendi cor seminum, id est medullas, sicut cor cartami, sem. cucurbitæ, cucumeris, citri, melonis, & similia.

Accipe de cartamo, & purga à superfluitatibus eius, & si habet aliquam humiditatem, oportet quod desiccetur in Sole; deinde pone in mortario; & frange leuiter cortices eius, & frica manibus, quousque separetur cortex à corde, deinde cribra paulatim cum cribro facto ad hoc, quia cor eius descendit, & cortex remanebit super cribrum, & ita oportet fieri de alijs semini. Et sunt, qui auferunt medullam eius cum manu sigillatim, & colligunt cor eius cum forcibus paruis, vel cum vnguibus, sed hoc opus est magni laboris, & non potest fieri ex eis nisi modicum, & prior modus est melior satis, & est modus, quo vsi sumus.

Forma excoquiendi grana alcheruæ, & est cataputia maior, siue pentadactylus.

Quando accipiunt ex arbore sua recentes, sunt à cortice

tice suo difficilis separationis. Et qui vult excoctare ea sine labore, oportet quod extendat in Sole calido, & dimittat tota die, & moueat hora post horam, quando Sol calefacit grana, facit crepare corticem illum ab omni parte eius, & facit egredi grana eius. Colligat ergo ea, quæ egressa sunt. Et si remanent aliqua grana, quæ non sint separata a cortice, fricentur cum manibus, vel cum panno aspero, quousque egrediantur mundata, & si aliqua non crepuerint, ponantur in Sole, donec crepent, & fiant vt prius. Sed si eges excoctatione earum in breui tempore, pone patellam super ignem, donec sit prope calefactionem: & auferas ab igne, & pone grana in ea, & misce, & sit calor patellæ aliquantulum fortior calore Solis. Scindentur ergo cortices, & egredientur grana. Verum ad auferendum corticem eius secundum, est labor magnus. Et propter hoc multi extrahunt oleum eius absque quod auferant corticem illum. Et qui vult auferre corticem secundum, non habet ingenium aliud nisi mundando grana singulariter vnum post vnum, aut quassat ea leuiter, sicut dixi de grano cartami, & cribret. Veruntamen ipsa adhærent, & simul conglobantur propter multam eorum humiditatem. Quare oportet, vt terantur paulatim cum magna lenitate, & ingenio. Et secundum hanc formam oportet, qd terantur grana ab algar. ij. laureole, & bacca, quia sunt prope figuram horum.

Modus excoctandi grana sesami.

Accipe de sesamo, & purga a terra, quæ est cum eo, & alijs superfuitatibus, & pone in vase fictili cum aqua frigida: & dimitte per noctem, & in mane cola, & dimitte ficcari parum ab humiditate aquæ: & pone in pecia lini forti, & liga os eius, & percutte sesamum ab omni parte eius, donec excoctetur totum; & projice in vase, & projice super ipsam aquam frigidam, & misce bene, nam cum videbis corticem eius natum super faciem aquæ, projice cum aqua. Et fiat ita, quousque nihil remaneat ex cortice: deinde sicca ab aqua, & serua necessitati.

Modus excoctandi amygdalas, & pineas, & nuces, & cætera horum similia.

Omnia ista excoctantur in aqua calida, & hoc est notum omnibus. Et sunt, qui ponunt in aquam frigidam per noctem, & in mane excoctantur. Et sunt, qui ponunt in patella super ignem parum, quousque excoctentur. Et sunt, qui sepeliunt, quando recentes colliguntur in palea frumenti, quia tunc cadit cortex eorum superior.

Modus desiccandi rosas ad reponendum eas.

Accipe de rosis cum fuerint in medietate suæ apertionis, & neque adhuc egressa folia earum a camerula sua; & expone Soli cum tota camerula sua in fine mensis Aprilis. Et expone eas Soli eadem die, qua collectæ fuerint, nam si remanserunt vsque ad mane, maxime coaceruata in vnum, minuerentur multum in suo odore, & rubore, & cum desiccas, moue eas sæpe in die. Et quando marcescant, & fuerint prope desiccationem, aufer folia earum a camerulis suis, & serua folia repolita. Etiam scitum est apud nos, quod illæ, quæ siccantur eadem die, qua collectæ fuerint, sunt meliores; & rubor earum remanet in eis, & odor. Et si non possunt exponi Soli eadem die, qua colliguntur, oportet qd ponantur in loco ventoso, in quo non sit humiditas, & sequenti die quæ citius porueris, ponantur in Sole, donec compleatur earum desiccatio. Et iam scitum est, qd desiccatio earum melior est in umbra, nisi quia maioris laboris, & periculum est, ne destruat odor, & color earum propter humiditatem, quæ est causa destructionis earum, quando nimis remanet in eis. Qua propter si volueris desiccationem earum in umbra, oportet, qd ponas eas extensas in loco calido procul ab humiditate, & visites sæpe, & reuoluas eas assidue; sed impossibile est, quod euadant a deustatione, quando complebitur desiccatio earum, in vase terreo; & quod stringatur os eius, quod odor, & color remaneat in eis. Et scitum est, quod qui siccauerit lib. x. rosarum mundatarum, conuertentur ad lib. i. quando erunt sicca. Et si rosæ erunt ex montibus, possibile est, quod remaneant plus. Et rosæ de montibus sunt fortioris odoris quam

A hortulanæ; & aqua, quæ sit ex hortulanis. Et ita est de omnibus herbis, & de omni flore: quia odor, & virtus fortior est earum, quæ nascuntur in montibus, quam quæ nascuntur in horis, & locis depressis.

Modus desiccandi violas.

Viola colliguntur in mense Aprilis, & oportet quod flores violarum colligantur quando sunt in fine bonitatis, & maturitatis, & extendantur in Sole eadem die, qua colliguntur, sicut dixi de rosis, neque plus, neque minus, qui vult colorem, & odorem earum seruare, sicut est. Viola montium sunt meliores hortulanis, & lib. x. ex recentibus conuertuntur ad vnam, quando sicca fuerint, sicut, & rosæ.

Forma desiccandi omnes cortices radicum, sicut famic. apij, scariolæ, plantaginis, buglosæ, & cortices radicum mori.

B **M**odus desiccationis earum est iste, vt abluas eas bene ea die, qua colliguntur a terra, & luto, & abscissis folijs ab his, excoctas medullas ab eis in hunc modum. Vnamquamque radicem per se quassas cum malleo paruo ferreo, quia tali modo citius, & melius separabitur cortex a corde, quam alio modo; deinde expone Soli ea die. Et non oportet, vt expectes nisi vna die, quia destruerentur, & maxime in tempore hyemis. Et quando siccas, reuolue sæpe in Sole; & in nocte ponas eas in loco ventoso procul ab humiditate: & in die pone iterum in Sole, donec desiccantur. Et si dies sit nebulosa sine apparitione Solis, oportet quod extendas eas in cribro ex paleis, aut super craticulam ex cannis subtilibus, & suspēdas super ignem, ita quod calor ignis ascendens eas desiccet. Et qui vult desiccationem earum subito imminente necessitate, oportet quod accipiat patellam terream latam, & calefaciat super ignem; deinde auferat ab igne, & extendat super eam radicem, aut aliud quodcumque voluerit desiccare, & reuoluat sæpe cum manu, & quando patella refrigerabitur, remoueat radices a patella, & iterum calefaciat eam, calefactam tollat ab igne, & iterum superponat radices, & faciat hoc quousque siccentur. Et caueat ne comburantur. Et hic est modus desiccationis earum in hora necessitatis magnæ. Et in diebus pluriæ, nubium, & humiditatum.

Forma accipiendi cortices citri, & cæterorum pomorum odoriferorum, & eorum desiccatio.

Ille, qui vult vt corticibus pomorum citri in confessionibus, eligat illa, quæ habent maiorem acetositatem intrinsecus, quia cortices eorum sunt magis odoriferi. Et oportet, quod excoctentur illa die, qua collecta sunt ab arbore. Tergantur ergo primo cum mantili mundo, & excoctentur cum cultello acuto aciei paulatim leniter, ne accipiantur ex carne cum cortice. Et simili modo oportet fieri ex cytonijs, & alijs pomis; deinde siccentur cum cautela, vt dixi, & seruentur necessitati.

Modus infundendi ammoniacum, & gummas, quæ ponuntur in medicinis.

Accipe ammoniacum, & pone in aceto per noctem, & in mane aspice si ammoniacum biberit totum acetum, & si non bene fuerit dissolutum, addas de acetum parum, & dimitte, donec bene dissoluatur totum, deinde pone super cribrum ex setis, & frica cum manu, donec descendat de cribro, & ligna eius, & frondes remaneant super cribrum, & sic vtire. Et secundum hunc modum præparentur omnes alie gumme similes ammoniacum, sicut opopanax, sagapenum, asa foetida, bdellium, & similia.

Modus faciendi sigillum, quo figillantur trochisci.

Accipe frustum ligni ebeni, aut buxi, aut eboris, aut alterius cuiuscumque vis; & sit crassitudo eius mensura duorum digitorum; & latitudo trium, & longitudo

Mesur.

III

vnus

* sicca.

vnus palmi, & præparetur forma eius bene: * deinde seca ipsum in longitudinem eius in duas partes æquales; ita quod unicuique tabulæ sit crassitudo vnus digitus; deinde fac ambas facies eius politas, lenes, bene inuicem coherentes: deinde sculpe in ambabus faciebus tabularum sculpturas rotundas secundum quantitatem trochiscorum, quos volueris sigillare, siue magnos, siue paruos; deinde sculpe inter vnumquemque; circulum nomen trochisci quodcumque; volueris scilicet ex quo fuerit factus, vt trochiscus rosa, vel trochiscus vio. & similia, & sit scriptura opposito modo, vt quādo trochiscus fuerit sigillatus reddatur littera recta. Et qui vult sculpere in vna tabula plura nomina trochiscorum, oportet, q̄ sigillet in ea diuersos trochiscos secundum nomina ipsorum, vnumquemque; trochiscum in suo nomine. Et qui vult in vna tabula solum nomen vnus trochisci, oportet, q̄ non sigillet in ea, nisi illam solam speciem trochiscorum. Et quando volueris sigillare cum ea trochiscos, oportet, q̄ inungas vnāquamque; tabulam oleo ros. & trochiscum diani cū oleo vio. & sigilla secundum voluntatem tuam. Et hæc est forma sigillandi. Sed sunt, qui faciunt sigilla breuia secundum hanc formam. Accipe ex ebano, vel buxo; & fac sigilla rotunda, sculpe in vnoquoque; sigillo foueam rotundam quantæ crassitudinis est dimidius trochiscus, vt medius lupinus, & sculpe in vna ex tabulis nomen trochisci si vis, & si non vis dimitte plana, vt possis ex ea sigillare diuersas species trochiscorum. Et sunt, qui faciunt in hunc modum sigilla multa, & sculpunt in vnoquoque; sigillo nomen alicuius trochisci. Et hæc est forma eorum. Sed qui vult, vt sigillum reddat trochiscum secundum certum pondus, oportet, quod faciat trochiscum vnum, & ponderet eum recentem secundum quantitatem ponderis, quam vult, & fodiat in sigillo foramen trochisci ad mensuram illius; quia pondus eius erit secundum pondus illius.

Modus colandi poriones, & coctiones, & de figura colatoriorum.

Oportet, quod habeas trias colatoria ad colandas poriones, & decoctiones syruporum. Primum colatorium sit minus quā secundum, & pannus eius sit rarior, & secundum sit maius primo, & pannus eius sit spissior, q̄ pannus primi: & tertium sit maius secundo, & pannus eius spissior satis. Et hæc est figura colatoriorum.

Modus clarificandi.

Et qui vult clarificare aliquam potionem, vel syrupum, sicut syrupum de radicibus, vel syrupum de hyssopo, aut de lappatio, aut quemcunque alium syrupum, sicut oxymel, species syruporum, & potionum omniū, quando erit completa decoctio eorum: oportet, q̄ primo colentur in cribello ex setis; deinde suspende colatoria omnia; vnum intra aliud, scilicet paruum intra medium, & medium intra maius; deinde ponat in paruo folia cissoliorum, vel palmarum concussa bene a puluere, aut de setis equi bene ablatis, & impleat ex eis quasi medietatem colatorij; & sint colatoria distantia ab inuicem quantitate trium digitorum, & suspende colatoria in pariete, & suspende sub eis vas ad recipiendum quod colabit; deinde infunde intra colatorium superius portionem coctam, vel id quod volueris colare. Et dimitte sic colare per se sine aliquo contactu manus, eo quia descendet de primo colatorio in secundum, & de secundo in tertium. Et si oportet aliquod ex colatorijs a crassitie decoctionis, ita quod non descendat ex aqua aliquid, oportet quod effundas quod est in eo, & abluas ipsum a crassitie illa, & postea remitte decoctionē in eo, & dimitte donec clarificetur, & fac ita, donec descendat tota decoctio, & projice substantiam eius; & vt de decocto clarificato. Et qui voluerit facere syrupum ex ea, erit maioris iuuamenti, & facilius ad porandum.

Operatio salis alchali, & est sal nitrum, qui ingreditur in multis medicinis.

Accipe de herba illa, quæ dicitur alchali, & fac interra foueam magnam, & imple eam ex herba illa, dum est recens, & accende ignem in ea, quando erit combu-

sta illa, quam posuisti; pone de aqua super eam. Et fac ita, donec fouea erit plena ex illa herba, & tota herba erit bene cōbusta, & dimitte extingui ignē, & infrigidari cinerē; deinde detege; quia tu inde inuenies salē cineris petrificatū, vel coagulatū in magno globo in fundo foueæ, quod accipias, & frangas in frusta, & serua necessitati.

Modus dealbandi saleem eundem.

Si volueris dealbate hunc saleem, accipe ex eo ita magno sicut est, & tere, & cribra, & pone in vase; & projice super eum tantum ex aqua, q̄ cooperiatur, & super eum duobus, vel tribus digitis, & misce; & dimitte descendere faeces eius in fundo vasis, vt subtile super sit; deinde clarifica in hunc modum. Accipe frusta ex filtro mundo, quorum longitudo sit duorum palmorum, vel amplius; & latitudo duorum digitorum; pone caput vnum filtri in aqua, & aliud per labium vasis exeat pendens extra, & suppone paropsidem aliam sub filtro ad recipiendum, quod emanabit ex aqua per filtrum; et dimitte sic, donec destillet aquam totam, quam pone in ollam nouam, & pone eam in furno panis, & dimitte per noctem, vel amplius: quia conuertetur in saleem coagulatū sicut camphora; & si non coaguletur vna vice, pone pluribus vicibus, donec coaguletur. Et sunt, qui ponunt aquam illam in patella terrea noua, & accendunt ignem sub ea, & sic coagulant, & seruant.

Modus alius.

Accipe de fodra, & est ille niger conglobatus lib. i. & pone super eam lib. vi. aqua; aliter iiii. & præpara secundū præparationem, quā dixi, & clarifica destillando, & coagula, & repone in loco humido, vbi non approximat Sol, quia dissoluetur, sicut sal, & zuech. Et alij dicunt nō, sed oportet, q̄ ponatur in Sole, & non tangatur ab humiditate, quia reuertetur melius, & non liquefiet.

Modus comburendi alchali albificatum.

Accipe ipsum, & tere, & combure secundū disciplinā quam dixi in cōburendo plumbum in tractatu primo.

G *Forma desiccandi radices arist. lon. & asphodilorum, & est erudrinalach, & specierum luf. serpentaria, & radicem dictami, & est azenasalem, & radicem alfeisyra. i. viuis nigrae, & radicem althæe, & radicem abalchaim: & buglossæ: & meu. & phu. & satyriorum, & secaculi. sigilli Salomonis, & radicē mori celsi, & alias radices similes his speciebus.*

Oportet, q̄ lauentur ea die, quæ effodiuntur: ita bene quod mundetur a terra, & a luto, quæ adherent ei; deinde incide in frusta parua, & tige in eis filum, & deinde inter vtrumque frustum, ne se contangant, & expone vento in loco, vbi locus frequenter fuisset, vel si est hyems suspende ad fumū, donec siccentur, & serua necessitati.

Modus colligendi herbas medicinales, & tempus repositionis earum.

H Oportet, quod herba colligantur in tempore sereno, claro, non ventoso. Et non oportet, quod colligantur nisi in fine bonitatis, & maturitatis earum, & suo tempore, & non quando iam sunt consumptæ vetustate, vel propter aliquam infirmitatem earum. Et herba, quæ colliguntur in terris montuosis, & duris sunt fortioris virtutis, quā illa, quæ colliguntur in vallibus, & terrarum pingui, & viridarijs, & hortis. Et oportet vt eligas ex herbis, quæ sunt magis ramosæ, & quæ sunt completæ cum seminibus suis, sicut debent esse, sicut stexchas arabicum, & meschamethasar id est, mentastrum, & hafach, id est, tribuli marini, & hyssopus, & similia. Et flores oportet colligi antequam cadant, sicut flos alchannæ id est, corula foetida, & chamæmeli, & violæ, & zambach. i. yensemi. & similia. Sed tempus colligendi fructus est, quando sunt bene maturi; sicut vua, ficus, & dactyli, pyra, pruna, & similia. Et semina oportet colligi, quando incipiunt

epiunt ficcari, & cadere. Et antequam cadat super ea A
aqua, qua destruantur. Et tempus colligendi radices, &
ramos, & cortices est, qñ incipiunt cadere folia eorum.

Forma exprimendi succos plantarum.

Oportet, quòd succi plantarum ex folijs, & ramis ea-
rum exprimantur dum sunt adhuc teneræ, sicut memi-
the, & gasid, semperuiua, succus hypocystidos, absyn-
thij, & similia. Et oportet, quòd vulneretur planta,
seu arbor, quando volueris accipere lac eius, vel lachry-
mam, donec viget adhuc in terra, non postquam est
euulsa, sicut cum volueris facere opium, euphorbium,
& similia.

Modus desiccandi omnes herbas.

Generaliter scire debes, quòd radices, & folia, & ra-
mi, non debent ficcari antequam sint abluti a terra, &
a sordibus eorum, & quòd desiccantur in loco, ubi non
sint humiditates.

Modus repositionis herbarum, florum, & se-
minum, & aliorum ad seruandum.

Oportet, quòd reponas flores herbarum medicinarū
in capsis ex ligno. Et semina stringantur in sacculis, ex
eorio, vel papyro, quia iuuat ea ad meliorem conserva-
tionem, & hoc secundum ipsam sententiam Diosco. Et
repositio rerum humidarum, sicut sunt succi, & gumme
liquidæ, & confectiones, & similia, debeant esse in vasis
æneis. Sed vnguenta, in quibus ingrediuntur pix, & ab-
latram, & acetū, oportet, quòd reponas in vasis æneis. Et
pinguedines, & cerebella, & omne pingue oportet reponi
in vasis factis ex stagno. Et omne quod est ex pulueri-
bus, sicut est puluis hieræ picræ, & similia, oportet reponi
in vase terreo stricti orificij, & oppiletur os eius cum
cera, vel creta, ne resoluatur, & minuat virtus eorum.
Et oportet, quòd reponatur rob, sicut vuar, & cytoniorū,
& malorum, & myrti, & similia, in vase terreo nouo;
quia terra trahit ad se humiditatem, quæ est in eis, quia
magis præseruantur a destructione. Et olea debent reponi
in vasis vitreis, & os vasorum stringi debet, ne destrua-
tur, quòd fateant. Et oportet reponi omnes species aroma-
ticas, zebetæ, & galliæ; & omnes species aromaticas,
ad aromatizandum in vasis aureis, vel argenteis deauratis;
aut in vasis ex porcellionibus, vel ex vitro. Et omne
acetosum, quod debet seruari, oportet reponi in vase li-
nito cera, vel pice; & oportet reponi in vase vitreo omne
vinum, quod habet substantiam æqualem, quæ est signū
super durabilitatem eius, & super prohibitionem suæ
corruptionis, & omne vinum, cuius substantia est in-
qualis: cuius signum est super corruptionem eius facile,
& quod diu non possit seruari, oportet seruari in vase ter-
reo, ut terra exciet humiditatem eius superfluum, quæ
est causa suæ corruptionis.

Modus colligendi colocynthidem.

& desiccandi eam.

Colocynthides debent colligi in fine mensis Septem-
bris, quia tunc sunt in fine bonitatis earum, & matura-
tionis. Et oportet, q non colligas ex eis, nisi illas, quarum
color declinat citrinitati, & quando incipiunt folia earū
exiccati, & attenuari. Et elige ex eis maiores in quantita-
te; & oportet, quòd non accipias illam, quæ est sola orta
in sua arbore, quia ipsa est multum mala, & pernitiōsa.
Sed modus desiccationis earum est, quòd custodias eas
bene, quia non desiccantur in breui tempore. Pone ergo
eas in sole, & verte eas qualibet die sepe, & in nocte po-
ne eas in loco remoto ab omni humiditate, & custodi be-
ne, donec siccentur, & qui non poterit eas desiccare in
sole, quoniam rempuserit fortasse nubilosum, oportet,
quòd impleat fila ex eis infixis; & suspendat prope ignē
ad fumum, ut desiccantur, & cum bene desiccata fue-
rint, munda eas a cortice suo, & a seminibus, quæ sunt in
eis, & serua medullam earum in corio.

F I N I S.

T E R T I V S T R A C T A T V S

De præparatione medicinarum, quæ
sumuntur ex animalibus.

Forma comburendi omnes species
conchylium.



Portet qui vult comburere testas cō-
chylum, q terantur, & ponantur in
olla munda; & ponatur olla in furno
figuli vna nocte, deinde extrahantur,
si sunt combustæ sicut cinis albus be-
ne: sin autem ponas iterū in furno
panis, vel eodem, & dimitte donec
sint alba calcinata. Et sunt, qui ponunt cochleas super
prunas, & exufflant, & dimitunt donec fuerint albæ, &
terunt, & ponunt super testam terream super carbones;
& exufflant donec sint albæ secundū voluntatem eorū.

Forma comburendi Cortices ouorum.

Oportet quod aspicias ad illud, quod dixi de conchy-
lijs; & combure, sicut dixi de eis: quoniam idem est mo-
dus, nec plus, nec minus.

Forma comburendi Cornu ceruorum.

Accipe de cornu ceruino, sicut est, & pone super pru-
nas, & exuffla, donec albescat. Et qui vult comburere se-
cundum aliam formam, frangat eum in frusta, & ponat
in olla, & faciat, sicut dixi de conchylijs.

Modus ablutionis eius.

Sed, qui vult eum lauare, lauet secundum disciplinā,
quam diximus in abluendo scoriā, & vtatur eo in me-
dicinis oculorum, quando currunt ad eos humores, &
ad bothor, & ad crassitiem palpebrarum. Et qui facit ex
eo dentifricium, purgat dentes a sordibus, & secundum
hanc formam præparentur omnes vngulæ, & soleæ.

Forma comburendi.

Modus eorum est sicut modus combustionis cochlea-
rum. Et sunt, qui ponunt super prunas, & exufflant, do-
nec dealbentur.

Ablutio horum omnium.

Sed ablutio cōchylīū adustorum, & corticū ouorū, &
cornuum, est sicut ablutio chimix, nec plus, nec minus.

Forma comburendi seram, vel sericum, quod
administratur in diamsco.

Accipe de folliculis serici noui, qui nondum pertran-
sierunt annum vnum, & aperi, & extrahe vermes mor-
tuos, qui sunt in eis; & purga eos bene, & pone in fundo
ollæ nouæ; & pone super os eius lapidem, & pone ollam
super ignem, & fac sub ea ignem leuem; vel pone eam in
furno panis. Et non oportet, ut adurantur; sed solum,
itaquòd possint teri, repone, & vtete.

Forma comburendi Lanam.

Laua eam bene, & pectina cum pectine, & pone in
olla fictili; & combure, sicut comburitur seta. Et sunt,
qui pectinant cum sua sorditie, & postlauant, & fa-
ciunt sicut dixi.

Forma abluendi cinerem lanæ adustæ.

Accipe cinerem lanæ, & pone in paropside, & infun-
de super eam aquam, & misce, & expecta donec clarifi-
cetur aqua, & cinis descendat, & projice illam aquam, &
funde iterum super illum alium aliam aquam, & fiat ut
prius, tandiu donec cinis non pungat linguam, quando
gustatur; sed sit stypticus gustui. Postea sicca, & serua,
& pone in medicinis oculorum.

Forma comburendi sartam. i. cancos ad dan-
dum in potu illis, quos momordit canis

rabidus, & ad dandum phthisi-
cis, & hæmoptoicis.

Accipe cācos fluuiales viuos, qñ Sol fuerit in signo
Arietis xij. die mēsis Martij, intelligo lunaris, & pone
in athanor, vel in furno panis, quousq; cōburantur, &
non cōuertantur in cinerē. Et quidā incendunt athanor

Mesue.

11i 2 cum

cum lignis vitis; forma est eadem. Et sunt, qui pro phthi-
siccis, & hæmoptoicis abscindunt pedes eorum, & den-
tes, & sic comburunt.

Modus comburendi Scorpiones ad
frangendum lapidem.

Dist. Accipe decem scorpiones viuos, & pone in olla noua,
& luta eam cum pasta, aut cum terra, & pone in furno,
accende ignem in eo cum lignis vitis, quousque calefiat;
& dimitte ibi ollam die, ac nocte, & extrahe; & da cine-
rem horum in potu in hora doloris renum, quando fue-
rit ex lapide grana. vj. in pondere, cum syrupo de radici-
bus, quia frangit lapidem. Et sunt, qui ponunt ollam in
athanor panis, & dimitunt x. horis, postea terunt scor-
piones, & seruant.

Modus comburendi Thyros, qui administran-
tur in theriaca, & alios serpentes.

Elef. Accipe serpentes thytias fœminas, quæ sunt rubei co-
loris, & habent caput extensum. Venate eas in hyeme in
locis ubi sunt prope aquas, & arbores; & pone in olla
noua, & luta os eius cum argilla, & pilo: & mitte in fur-
num nocte vna. Accipe ergo de cinere horum, & mitte
Ad mem. in alcosol, aut tere, & confice cum oleo, & fac empla-
Thyri. strum super scrophulas, quia liquefacit eas. Et si oportet
comburantur alios, nisi quia debent comburi
per amplius tempus, quia ipsi sunt maiores corpore, &
pinguioribus, & operatio eorum in scrophulis est sicut o-
peratio thyrorum.

Forma comburendi caput Thyri, quod
ponunt in alcosol.

Accipe de capitibus thyri statim post abscissionem
eorum, absque quod saliantur, & pone in olla fictili vi-
treata, & inuolueam in pasta, & pone eam super ignem
ex prunis, & oportet, quod comburantur ita, quod fiant
sicut carbonem, sed remaneat in eis aliquid humiditatis,
quod possint teri solum, & cribrati.

Forma comburendi leporem pro illo,
qui habet lapidem.

Accipe leporem, & decolla, & pone in ollam nouam
cum suo corio: & combure, donec fiat cinis; deinde
tere cinerem istum, & da ex eo drachm. ij. quia est mi-
rabilis in frangendo lapidem.

Forma comburendi hereticos, & ranulas.

Combure, sicut dixi de lepore, tantum: nec plus,
nec minus.

Forma comburendi Hirundines, quæ admini-
strantur in ægri tudinibus gulæ.

Accipe de pullis hirundinum antequam nascantur plu-
me eorum. Et dixit Gale. oportet, quod comburantur cum
plumis earum, & quod ponatur super eas aliquantulum sal-
lis; & ponantur in olla noua, quæ cooperiatur, & lutetur,
& ponatur super prunas, vel in furno panis, donec com-
burantur, & serua, & vtere quando opportuerit. Et dixit
Diosc. quod qui acceperit hirundines cum matre earum, &
comburet in olla, & miscuerit cinerem earum cum mel-
le, & posuerit in oculo, acuit visum; & qui vnixerit cum
eo branchos, iuuat; & confert tumori gutturis, & febri,
synanchiæ, & tumori vuar.

Forma colligendi Cantharides, &
reponendi eas.

Oportet quod veneris eas in tempore Veris, & elige
ex eis rubeas magnas, leues tactu. Et caue a nigris,
& asperis; & habeat venator in manu sua forficulas de
ferro, vel de ligno: & ponat eas cum illis forficulis in va-
se stricti orificii, deinde pone super eas oleum verum, & su-
spende in Sole pluribus diebus, donec putrescant, vtere.
Et sunt, qui comburunt eas, sicut comburunt hirundi-
nes. Et dixit Diosc. quod cantharides, quæ generantur in tri-
tico, sunt calidæ, & oportet, ut ponantur in vase non vi-
treato, & cooperiatur os vasis cum panno lini, & perfo-
retur fundus, & ponatur orificium ollæ super fumum a-
ceti fortis bullientis; & dimittatur super fumum illum,
donec cantharides moriantur, & infige in eis filum lini,
& serua. Et fortiores cantharides sunt, quæ transmutan-

tur in diuersis coloribus, & habent maculas citrinas, &
sunt magni corporis, lœge, et plene. Et quæ sunt vnius coloris,
absque quod transmutetur ad diuersos colores, sunt debilis ope-
rationis. Et iste est modus omnium specierum catharidarum.

Forma colligendi sterus canis, quod admi-
nistratur in medicinis gutturis.

Oportet, quod eligas sterus, quod est album, quo-
niam signum est, quod fuit ex comestione ossium, &
colligatur recens vnius diei, vel duorum, & fac eum
siccari, & serua necessitati.

Forma colligendi sanguinem testudinis aqua-
tica, quæ administratur in medici-
nis Venenorum.

Accipe testudinem aquæ, & pone eam resupinam sup-
paropside, & abscinde caput eius subito, dimitte egredi
sanguinem eius, & quando coagulabitur, operi paropside
cum cribro ex setis, vel panno lini, & expone Soli, *Ad Sero-*
donec siccetur, & serua. Et dosis eius quando thyrsus *phulas.*
mordebit hominem est drac. iij. cum vnc. iij. aceti, & ter-
tia die detur pondus vnc. i. cum vnc. v. aceti, quia est cu-
ra verissima.

Forma colligendi sanguinem animalium, qui poni-
tur in medicinis, venenis conferenti-
bus, sicut est sanguis hadi, an-
serum, & similia.

Oportet, ut eligantur animalia huiusmodi sana, &
iuguletur vnumquodque eorum, & pone sangui-
nem eius in vase vitreo, mundo, & exicca in Sole, ser-
ua, & vtere.

Forma accipiendi cerebella auium, quæ ad-
ministrantur in medicinis coitus.

Hæ sunt auicule, quarum cerebella sunt necessaria, ut
accipiantur. Et sunt auiculæ, quæ nidificant in domibus,
& venari debent in autumnis, vel vere, & decolles eas, &
euellere cerebella earum, & pone in vase mundo, & purga
a ventriculis circumstantibus ea. Et pone cum eis pro
omnibus x. cerebellis, vitellum vnum oni recentis, quod
fuerit ex gallina, quæ habuerit masculinum, & confice
simul, & pone in patella super cinerem calidum, & di-
mitte quousque coaguletur, & desiccetur ab humiditate,
quæ est in medicamine, & aufer ab igne, & pone in
Sole, ut desiccetur, aut pone iterum super ignem, donec
siccetur: & vtere in medicinis coitus. Et sunt, qui faciunt
hoc medicamen sine vitellis. Et sunt, qui vtiuntur ita re-
centibus, sicut extrahuntur a capitibus post decollatio-
nem. Et sunt, qui addunt cerebellis, & ouis partum mel-
lis, & coagulant super ignem, & seruant, & vtiuntur.

Modus accipiendi fel omnium animalium
quadrupedum, & volatilium, & for-
ma reponendi ea.

Accipe fel dum est recens, & liga os eius, & pone in ol-
la cum aqua bullienti, & dimitte ibi tanto tempore, quo
posses facere tres passus, & extrahe statim ab aqua, et de-
sicca in loco vmbroso non humido, & serua, & vtere.
Sed fella, quibus volumus vti in medicinis oculorum,
oportet ligari orificia eorum cum filo lini, & poni in va-
se vitri, in quo est positum aliquantulum mellis, & lige-
tur aliud caput fili ori vasis, & seruetur necessitati.

Forma accipiendi coagula omnium animalium.

Accipe coagula animalium dum sunt recenter mor-
tua, scilicet postquam decollaueris, & inuolueas ea sale,
suspende ad Solem, & serua.

Forma extrahendi humiditatem de limacis.

Accipe haalaam. i. limacas, statim cum acceperis per-
fora carnem eius cum culello acuto, quia exibit ex ea humi-
ditas multa viscosa, quæ est utilis ad euellendum pilos
palpebrarum, & vtere in vnguentis, quæ ponuntur in
fronte ad prohibendum humores venientes ad oculum.

Forma accipiendi vrinam infantium, quæ
ponitur in medicinis acutis.

Oportet, quod colligas vrinam infantium in vase pluribus
diebus.

diebus. Et quando colligitur fax eius, in fundo vasis residens, proijce subtile eius supernatans, & fac ita pluribus diebus, donec colligitur satis ex face eius, & utere ea ita liquida, sicut est; vel licca, & reponere, quia est acuta, sicut sal ammoniacum.

Forma seruandi aquam marinam, ne corrumpatur.

Accipe aquam marinam claratam mundam, cui nihil sit admistum ex aqua dulci, & reponere in vase nouo, quia pinguedo eius finietur. Et sunt qui coquunt eam bene, antequam ipsam reponant.

Forma faciendi gluten ex corijs bouum, & pecudum, quod ponitur in emplastris crepaturæ herniæ.

Accipe de extremitatibus coriorum bouum, aut pecudum, id est coria manuum, & pedum, & capitum, & abluere bene ab omni sordibus eorum, & a terra, & imple ex eis ollam magnam, & cooperi coria cum aqua, & pone ollam in furno panis a principio noctis vsq; mane; deinde extrahere, & cola, & si aqua coagulatur, bene; si non, oportet, qd iterum ponas in furno secunda vice, vel plus, donec aqua illa in crassetur. Et quando erit refrigerata, coaguletur; deinde incide in frusta, & dimitte ficcari in loco ventoso non humido, vel calido, donec fiat, sicut vitrum, & serua.

Modus preparandi adipem, & reponendi eos secundum doctrinam Dioscori.

Accipe de adipem secundum voluntatem tuam, sicut adeps hirci, vel pecudum, seu porcorum, & similibus, & accipe de eo, qui est magis pinguis, sicut est adeps renu, vel zithus ventris: & pone in vase, & proijce super eum de aqua pluuiali frigida; & frica manibus bene; & purifica a sanguine eius, & venis, & pelliculis, & laua iterum, donec munderetur, & albescat; deinde pone in olla noua, cuius capacitas sit duplex a quantitate sepi, & pone super ipsum aquam, qua cooperiatur, & pone vas super ignem paruum, leue, & misce, donec dissoluatur. Et cum dissolutus fuerit adeps, proijce in vase, quod habeat aquam frigidam, & laua, & absterge ollam suam bene, & dimitte eam ficcari ab aqua; & liquefac secundo adipem, & iterum proijce super aquam frigidam, & sine infigidari, & fac hoc iter, quarta vice dissolue sine aqua, & proijce in vase, quod sit calefactum cum aqua calida, & collige quod clarificabitur ex adipem, & proijce substantiam, si est aliquid, & reponere necessitati. Et secundum hunc modum preparatur pinguedo porci, & vrsi, & aliorum animalium.

Forma preparandi adipem renum vaccarum.

Accipe ex eo, & munda a sua pellicula, & abluere cum aqua marina, & pone in mortario, & tere bene, & proijce super eum aquam maris, dum teris; & facias hoc sæpe, tandem pone in olla fictili, & super eum proijce aquam marinam, qua cooperiatur; & coq; tandiu, quod sumatur odor naturalis: deinde pone ad omnes lib. iij. adipis vni. iij. cere, & liquefac simul. Et quando in frigidatum fuerit, accipe superiorem partem eius, & pone in olla noua, & reponere soli qualibet die cooperta panno vt albefceretur, & recedat odor eius, & fetor. Et sunt, qui ponunt ex eo in vase paruo, sicut fit ex cera, quando dealbatur. Sed adeps bouis debet preparari in hanc formam. Primo abluere cum aqua marina, vel cum aqua, & sale secundum formam supradictam, deinde coque cum tanto bono vino, quantus est adeps, & quando bullierit duabus ebullitionibus, oportet, qd auferas ollam ab igne, & dimittas adipem xiiij. horis, & si remanserit in eo de fetore aliquid, pone in alia olla noua. Et sunt, qui abluunt sine sale pro ægritudinibus, quibus nocet sal. Et quæ preparatur in hunc modum non est magna albedinis, & sic preparabis adipem omnes, & sepium.

Modus preparationis adipis anserum, & anatis.

Accipe adipem earum, quando receter fuerunt occisæ; & purga bene a pelliculis suis, & pone in olla noua terrea, cuius capacitas sit dupla quantitatis adipis, & cooperi vas; & pone in solè calidissimū, & aufer, qd dissoluetur ex adipem reponere in alio vase; & fac ita assidue ad illud secundum.

A dum clarificandum, qd egredietur ex eo, donec nihil de eo remaneat; deinde accipe, quod clarificatum fuerit, & reponere in loco frigido, & utere in necessitate. Et ille, qui vult facere opus cum preparatione, oportet, qd dissoluat eum in olla duplici secundum hanc formam. Accipe ollam nouam, & pone in ea de adipem, & hanc ollam pone intra aliam ollam plenam aqua; & pone ambas super ignem, & quicquid dissoluetur de adipem, clarifica in alio vase, quousque totus dissoluatur, & reponere in loco frigido. Et sunt, qui proijciunt super eum medicum salis, quando reponunt, quia confert lassitudini, quando miscetur cum medicinis iuuantibus ad hoc. Et qd est de eo sine sale, confert doloribus matricis, & ponitur in emplastris, quæ ponuntur super oculum, & scissuris labiorum, & doloribus auris; & asperitatem faciei; & meliorat colorem. Et qui vult seruare sepium anatis, vel gallinæ, & similibus quodcumque horum volueris, dum est recens laua bene, & sepe; & cola in vmbra per cribrum, & quando fuerit sicum, pone in panno lini; comprime bene, & liga cum filo lini, & suspende in vmbra, & dimitte multis diebus, & pone in panno nouo, & serua in vmbra. Et sunt qui ponunt in melle, & reponunt per amplius sepium.

Forma preparandi cerebella animalium, & reponendi ea.

Accipe cerebella, sicut sunt recentia; & euellere a craneis suis, & purga fricando cum manu, & aqua frigida; & laua bene, & cola cum panno, & reponere. Et sunt, qui lauunt sic, & ponunt in olla duplici ad ignem, donec liquefiat medulla, & colant in aliquo vase terreo nouo. Et qui vult reponere sine preparatione, faciat vt docui de sepiis gallinarum, & anserum.

Modus preparandi medullas animalium, & reponendi eas.

Accipe medullas, sicut sunt, recentes, & extrahere ab ossibus suis, & purga fricando cum manu, & pone de aqua frigida, & laua bene, & cola cum panno, & reponere. Et sunt etiam, qui lauunt sic. Ponunt in olla duplici, & ponunt ollam super ignem, & dimitunt, donec liquefiat medulla, & colant in alio vase; deinde accipiunt illud colatum clarificatum, & reponunt in vase terreo nouo. Et qui vult reponere sine preparatione, oportet quod faciat sicut docui de adipibus gallinarum, & anserum.

Forma seruandi zuecherac. i. hyssopum humidam.

Accipe de lana succida, & fordida, sicut tondetur, & laua in vase aliquo, quousque colligatur de pinguedine sua super natante in aqua satis; postea cola aquam ab ea, & pone pinguedinem in vase æneo; pone super aquam, & bulli paulo igne; & accipe pinguedinem illam colatam, & pone in patopside cum aqua frigida sæpe. Et modus abluendi est, qd misceas satis cum manu, quousque ascenderit spuma eius; deinde accipe parum aquæ maris, & proijce super illam spumam, donec quiescat ebullitio, & collige pinguedinem illam mundam; deinde adde super eam aliam aquam, & misce, donec ascendat spuma eius, collige pinguedinem eius, quæ super aquam natauerit, & frica cum manu, & si non videris aliquid ex forde eius in ea, bene; sed si aderit, iterum laua secundum hanc disciplinam, & est, quod proijcias super eam aquam aliam, & muta aquam sæpe, donec albescat, & hoc opus oportet fieri in sole calido, deinde reponere, & serua. Et sunt qui accipiunt de illa pinguedine, & ponunt in vase, quod sit calefactum aqua calida, & ponunt super eum pannum vnum crassum, & exponunt soli, quousque incrassetur pinguedo illa bene, & albescat. Et

* hyssopus humida bona est, quando non habet odorem lanæ. Et qui ponit eam cum aqua frigida in cochlea, & agitat, dealbatur, & non reperitur in ea aliqua asperitas, nec aliquid coagulatum, sicut reperitur in illa, quæ est adulterata cum cera liquefacta cum pice, vel cum sepo. Et virtus huius est calida, & mollit apostemata dura, & maxime apostemata sioi, & matricis. Et ponuntur in multis vnguentis, & emplastris. Et adustio

Mesue.

111 3 eius

eius est, quod ponatur super ignem in olla noua, & dimittatur ibi, donec fiat sicut cinis; & incrassetur pinguedo eius. Et sunt, qui colligunt fumum eius, & ponunt in medicinis oculorum.

Modus colligendi sterco infantium, quod administratur in medicinis egritudinum oris, sicut dixit Galen. in libro almeymur secundum sententiam antiquorum.

Faciebat venire pueros ad domum suam, & faciebat eos comedere panem, & lupinos, & erat hoc ut plurimum cibis eorum; & accipiebat sterco coru, & excubabat, & utebatur in curationibus apostematum oris, & in apostematibus fraudolentis. Nam vngebat exterius cum illo stercore cum melle misto, & iuuabat iuuamento maximo, & dixit in libro, quem posuit in medicinis simplicibus, quod quidam vius fuerat multum isto stercore, & saepe fuerat expertus iuuamentum magnum; & non dabat pueris comedere lupinos, ne sterco haberet tantum fauorem: & dabat pueris comedere carnes gallinarum, & pullorum, & columbotum, quod sterco eorum faciebat eandem operationem, nec plus, nec minus.

Forma coquendi mel cum aqua ad faciendum syrupum.

Accipe de melle albo, mudo, vnius anni: quod habeat paucam ardorem, & sit fortis dulcedinis, & quod nunquam tetigit calor ignis, & pone in olla terrea lati orificij, quae assimilatur alchafenza, & pone in qualibet mensura mellis .x. mensuras aquae clarae, & fac signum in latere ollae usque ad quem locum peruenit mel sine aqua, deinde accende ignem suauem sub olla, & quando mel bullierit, munda a sorde sua cum cacia, donec remaneat mundum, & clarum, & misce continue cum paucis igne, & caue ne comburatur, & destruat, & quando mel descendit prope signum suae quantitatis, quod fecisti in olla, oportet quod proicias super eam .v. mensuras aquae, & continua coctionem eius, & misce absque intermissione, donec iterum appropinquet signo super mensuram vnius digiti. Et sunt, qui ponunt iterum aliam aquam ad coquendum amplius, & colant, & reponunt in vase vitreo, & oportet sicut dixit Gal. quod coquatur in die claro, sereno, quieto ab omni vento. Et caue ne cadat intus aliquid sordis, ne destruat mel, & caueatur a fumo lignorum, quando coquitur, quia oportet, quod ligna sint sicca. & hic est modus.

Forma dealbandi ceram.

Accipe de cera, quam accepisti ab alueari, cuius color declinet albedini, si potes: & si non potes, de cera munda, & meliori, & pone in olla noua cum medietate quantitatis eius ex aqua clara munda, & pone super ignem, donec liquefiat cera tota, & nate super faciem aquae; deinde accipe vas vitri, cuius pars exterior sit lenis, & madesce eum in aqua frigida, & submerge minus medietatis eius in cera liquefacta, & extrahe cum cera, quae sibi adhaeserit, & dimitte in frigidari ceram illam, & separa ceram illam a vase, quia ipsa est habens formam paropsidis; & sic facias, donec totam ceram tali modo extraxeris; deinde pone istas formas in Sole pluribus diebus, & volue sepe ab omni parte earum, donec albescat, & fiat cera alba, sicut cerussa. Et sunt, qui dealbant eam in tribus diebus in Iulio, quando Sol est in maiori calore, dixit Dioscor. quod secundum hanc formam possumus dealbare gummi ara, quando decoquitur in aqua marina, donec albescat, & ego fui expertus illud, & non fuit verum.

Modus alius dealbandi ceram.

Coque ceram in aqua, donec nigrescat aqua: proijce aquam illam, & pone aliam, & fac ita saepe, donec fiat alba; collige ceram, & serua.

Modus faciendi gummi ex marmore.

Accipe de marmore albo, retere tritura crassa, & commisce cum glutino corij, & facias laminas, vel tabulas ex eo super petram marmoream planam, & dimitte siccare.

Et sunt qui accipiunt de marmore pisto, sicut dixi, & conficiunt cum terebinthina liquefacta super ignem, confessione mediocri, & extendunt super tabulam marmoris, donec in frigidetur. Et hoc est gummi marmoris, quod fit cum operatione. Verum illud, quod portatur ad nos, non vidi qualiter fiat, nec noui aliquem, qui viderit. Et qui puluerizabit ex eo super vulnera recentia, quando sunt cum sanguine suo, consolidat ea; nec finit ea facere saniem, & est conueniens apostematati molli.

Modus faciendi salem ammoniacum.

Accipe lapides, qui inueniuntur in sterquilinijs balnearum, qui incenduntur cum igne sordiciei illius loci: & sunt lapides nigri, qui coagulantur ex virtute falsedinis, quae est in illa sorditie. Accipe ergo ex illis, & tere bene, & pone in olla amplum habente orificium, & pone super os eius paropsidem terream vitream; & perfora fundum eius, lura labia ollae, & paropsidis simul, & facias ei furnum discrete, ita quod possit olla in medio manere, & sint omnia ex terra, quae possit sustinere ignem magnum, & lura os furni cum argilla, & accende ignem sub olla, & aspice foramen, quod est in paropside, si videris inde egredi aquam, vel vaporem exire, dimitte foramen apertum, sicut est, donec egrediatur tota humiditas illa, & incipiat fumus egredi albus, similis ammoniac, tunc oportet, quod claudas foramen bene, & augeas ignem tota die, deinde dimitte furnum in frigidari, & quando erit in frigidatus, deterge vas, & frange paropsidem, & aufer salem, qui est in ea cum facilitate, & serua.

Finis libri Seruatoris de preparatione medicinarum simplicium.

SALADINI DE ASCVLO Serenitatis Principis Tarenti physici principalis compendium aromatariorum.



Via solet aromatariorum ignorantia, eorumque imperitia famosissimos doctores, ac doctissimos medicos, ad infamiam, & vilipendium, cum magno etiam eorum periculo sepius trahere, atque perducere. Ideo pietate motus in medicos, & ut pre-

cibus plurium aromatariorum obsequeretur, & praecipue solertissimi viri Tuae Serenitatis Illustrissimi Domini mei principis Tarenti aromatarij dignissimi. Ego Saladinus artium, & medicinae doctor, eiusdem Serenitatis physicus, proposui hunc tractatum componere, quem Compendium aromatariorum intulit volo; Quomodo ipsi aromatarij examinari debeant, & si sufficientes, & experti in arte eorum fuerint, volo, quod a peritissimis medicis approbentur. Si vero insufficientes, & ignari, & in ipsa examinatione tanquam inexperti defecerint, tunc penitus reprobentur, & parna condigna puniantur. Cum, & ipsi habeant de vita, & sanitate hominum pertractare, quae quidem sanitas est omni thesauro mundi charior. Non, quod tu hoc nostro libello opus habeas, cum sis arte, & naturali prudentia praeditus, & experimento bene conficiendi comprobatus. Sed volui tibi tanquam digniori, & experto cum libellum destinare, ut eorum rudiores instruas, qui solitus es tua peritia nouellos etiam medicos in dispensando, & in ordinando dirigere.

Diuiditur autem hoc opusculum in septem particulas. Quarum prima tractat quaedam extrauagantes, & generales interrogationes utiles aromatarijs; cum hoc etiam multas, interrogationes, & dubia, ac declinationes ponit circa antidotarium Mesue.

Secunda particula erit de nominibus medicinarum compositarum in antido. Nico. descriptarum, cum earum declaratione secundum ordinem alphabeti. Et incipit ab Aurea alexandrina.

Tertia particula est de ponderibus, & dosibus medicinarum,